Diss. 533.

(* Die Thesen mitangeben

P. HERMANNI SCHOLLINER
Benedictini Oberaltacensis SS. Th. D. & P. P. Sereniss. Electoris Bavariæ, & Celsiss. ac Reverendiss. S. R. I. Princ. Archi-Episc. Salisburg. Consiliarius Ecclesiast. Proto-Notar. Apost.

INTRODUCTIO AD PRÆLECTIONES THEOLOGICAS

CUM THESIBUS
ex UNIVERSA THEOLOGIA DOGMATICA
QUAS
IN ALMA CATHOLICA & ELECTORALI UNIVERSITATE INGOLSTADIENSI
PUBLICE PROPUGNABIT
CONRADUS VOGEL
Ambergensis Palatinus, Diaconus, AA. LL. & Philos. Magister, SS. Theol. Baccalareus Biblicus formatus,
ET
PRO SUPREMA LAUREA
ADPROBATUS.

IN AULA ACADEMICA
Die Mensis Augusti Anno MDCCLXXV.
Horis consuetis.

Prostat INGOLSTADII
Apud Antonium Attenkover,
Bibliopeg. Acad.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.


N. 242.

Introductio ad Prælectiones Theologicas.

Imprimatur.

Sign. München in dem Churfürstl. Bücher-Censur-Collegio den 1. Julii 1775.

Wilhelm Wodiczka, Secret.





REVERENDISSIMO
EXCELLENTISSIMO
ILLUSTRISSIMO
DOMINO DOMINO

ADAMO, ERNESTO, JOSEPHO

ABYLENÆ EPISCOPO,

E

Perillustri Prosapia Liberorum Baronum

BERNCLAU

de Schönreith, in Lemershof &c.

Reverendiss. & Celsiss. S. R. I. Principis & Episcopi Ratisbonensis &c.

CONSILIAR. ACTUALI INTIMO,

in Pontificalibus

GENERALI VICARIO,

Reverendissimi Consistorii

PRÆSIDI,

Illustrissimi Cathedralis Capituli

SUMMO DECANO,

Reliqua

Domino, Domino Indulgentissimo.

REVERENDISSIME,
ILLUSTRISSIME,
ET EXCELLENTISSIME
DOMINE, DOMINE
PRÆSUL!

Ubi primum ea Animum meum titillatio ſubiit, ut Theologiæ curriculo finem haud obſcurum impoſiturus, publicam in arenam deſcendere cogitarem, ſtatim & de illuſtriſſimis Auſpiciis circumſpiciendum mihi eſſe animadverti.

Immo vix meditari volente, illico ILLUSTRISSIMUM NOMEN TUUM *mihi occurrere viſum eſt,* PRÆSUL EXCELLENTISSIME, *in* QUEM *non modo univerſi ampliſſimæ Diœceſeos oculi reſpiciunt, ſed* QUEM *veluti geminum ejusdem oculum venerabundi ſuſpiciunt.*

In hac enim triplici, quæ TE *pro meritis ornat, immo quam* TU *majore ſplendore exornas, præcelſa dignitate,* EPISCOPI, *Reverendiſſimi Conſiſtorii* PRÆSIDIS, *& illuſtriſſimi Capituli Cathedralis* DECANI, *illuſtre Spectaculum præbes, quo ita intuentes* TE *paſcis, ut nunquam tamen ſatiari valeant.*

Idœam certe Epiſcopi, quam D. Paulus Timothœo ſuo atque Tito præformavit, adeo in TE

IPSO

IPSO expressam circumfers, ut non exemplar videaris, sed ipsum Archetypon, illis etiam, qui ex adverso sunt, irreprehensibile.

Utinam vero Sors illa tam beata obtingeret ABYLENÆ civibus, quorum Ecclesiam, olim tam celebrem, Spiritus S. TIBI regendam commisit, ut remoto a cordibus eorum velamine videre possent, quæ nos videmus, ut TE, inquam intuerentur Pastorem suum, qui TE IPSUM præbes exemplum bonorum Operum in doctrina, in integritate, in gravitate; Quis dubitet, quin repudiato Mahumede, aut relicto Græcorum Schismate, ad ovile Christi reverterentur, & veluti oviculæ errantes gentilitio TUO ramo, ceu suavissima quadam violentia adtractæ, currerent in odorem unguentorum, Virtutum, TUARUM?

Quoniam vero oves illæ hactenus vocem TUAM non audiunt, quas licet pro insigni TUO zelo ad exemplum Principis Pastorum Sacratis Humeris TUIS ad gregem reportare non valens, Animi tamen magnitudine complexas tenes; hinc eo majorem, vicariam licet, illis curam impendis, quas TIBI Celsissimus S. R. I. Princeps Episcopus Ratisbonensis in perampla hac Diœcesi concredidit, quas verbo pascis, & exemplo, totius gregis forma factus ex animo; Nunc quidem Neophytos Manuum impositione, & Chrismate confirmando, nunc alios in Clerum cooptando, Sacris ordinibus initiando, nunc idoneos Mysteriorum Dei dispensatores consecrando, aliaque amplissima Pontificalis apicis munia impigre obeundo; ut Baculus TUUS pastoralis dici merito possit, Baculus Senectutis Celsissimi Principis, aut

Index

Index in Horologio Solari nostræ Diœceseos, ut tempora adcurate designans, ita ordine cuncta disponens.

Quum Pontificale hoc onus vel geminos integri etiam Viri Humeros exercere queat; Athlantæos plane TUOS esse oportet, quibus aliud insuper PRÆSIDIS Reverendissimi Consistorii Munus per plures jam Annos solertissime sustentas, summa vigilantia, parique moderamine atque Prudentia gubernas.

In hoc quidem amplissimo consessu, ceu Supremus arbiter, singula sapienter discernis, cum æquitate judicas; & licet alias totus Argus, aut ut rectius dicam, undique oculus sis, & totius Episcopatus Pupilla, heic tamen, Justitiam cæco, ut ita dicam, modo,

do, ſine Perſonarum acceptione administras, reddens cuique ſuum.

Neque tamen in hoc ampliſſimo tribunali ita quaſi fixus conſides, ut non frequenter ad luſtrandas Parœcias, ad viſitandos Paſtores & greges excurras, &, ſicubi deviantes reperiris, in ſpiritu lenitatis atque manſuetudinis ad officium reducas & ſemitam, qui & mollis inſtar ceræ, Virtutis tuæ vi liquefactæ, formam TUAM *facile admittunt.*

Quæ quidem, aliaque plurima, cum Munerum, tum Virtutum TUARUM *decora, quæ, non dicam pro dignitate recenſere, ſed ne numerare quidem potis ſum, illa præſertim, qua polles, Negotia utcunque inplexa pertractandi dexteritas, haud dubie perſtrinxit oculos, rapuitque Animos*

Illu-

Illustrissimi Cathedralis Capituli, ut Summum TE *sibi* DECANUM *concordibus suffragiis deposceret, novoque hoc prioribus addito dignitatis splendore, curas simul* TUAS *augeret, Viribus tamen* TUIS *haud superiores.*

Post tanta omnium de TE, *Dotibusque* TUIS *eminentibus sensa, quod aliud mihi implorandum Patrocinium fuerat, nisi* REVERENDISSIMÆ EXCELLENTIÆ TUÆ, *quod & exspectatione mea citius, nempe pro agnata Benignitate, promtissime dignatus es adpromittere, & pro ea, qua polles, Authoritate porro mihi digneris, oro, clementer inpertiri.*

Patere igitur, PATRONE INDULGENTISSIME, *ut ad Episcopalis fastigii* TUI *subsellia*

subpli-

ſubplici adrepere, ibique libellum iſtum, non alio quam quod ILLUSTRISSIMO TUO reſulgeat, Nomine Te dignum, deponere, ac ſub glorioſis iſtis AUSPICIIS, veluti Splendidiſſimo quodam Scuto, theologicam Arenam ingredi mihi intrepide liceat.

Superato demum, quod Superi dent! feliciter litterario iſthoc certamine animoſior quadam ratione futurus, ſupremum illud gratiæ genus humillimis precibus exorabo, ut, quem ad Diaconatus ordinem jam provexiſti, epiſcopalium Manuum TUARUM impoſitione obumbratum, Sacroque oleo perunctum, regali Sacerdotio, inmeritum licet atque indignum, pro ſumma TUA Authoritate, ac Benevolentia exornare digneris.

Hoc

Hoc autem Beneficiorum TUORUM cumulo probe onustus, cum referre aliud non valeam, nec nisi Vota supersint, Deum O. M. Bonorum omnium remuneratorem, primo meo, reliquisque Sacris, indesinenter flagitabo, fatigaboque, Velit TE, PRÆSUL EXCELLENTISSIME! amplissimis, quibus præes muneribus, Sospitem, vegetemque diutissime servare, gratiarum omnium ubertate replere, &, quæ TUORUM est Summa Votorum, velit TIBI Ecclesiæ TUÆ ABYLENÆ oviculas hactenus aberrantes donare; quo insigni gregis augmento resplendens, Serus ad Cœlum redeas, inmarcescibilem Gloriæ Coronam a Principe Pastorum pro amplissimis TUIS Meritis recepturus.

Ita precatus, Summa TE demissione veneratur

REVERENDISSIMÆ
EXCELLENTIÆ
TUÆ

Subjectissimus Defendens
CONRADUS VOGEL,
Diaconus.

Ita

INTRODUCTIO
AD
PRÆLECTIONES
THEOLOGICAS.

Theologiæ nomine intelligi Scientiam de Deo, quemadmodum Aſtrologia Scientia Aſtrorum eſt, pluribus monere nolim. Quoniam vero duplici ratione Deus homini innoteſcere poteſt, vel a) ſolo naturæ lumine, quo ejusdem Eſſentia, & perfectiones ex Idea Entis optimi quaſi a priori, vel ab effectu, viſibili nempe mundi hujus Opificio, a poſteriori agnoſcitur, aut b) revelatione ſupernaturali Veritates haud quidem contra, ſed ſupra rationem poſitæ adprehenduntur; hinc plures exiſtunt Habitus, diverſo modo de Deo tractantes.

1. Theologia *naturalis*, partem Philoſophiæ non poſtremum conſtituens, & quæ hujus loci non eſt. Quodſi veritatibus revelatis obſcure cognitis propter ſolam Dei veracitatem ſine ullo diſcurſu præſtatur adſenſus, tunc iſta Notitia eſt

2. Habitus, ſeu Virtus *Fidei* inter theologicas prima: vel ex Principiis revelatis legitimo diſcurſu aliæ eruuntur concluſiones, implicite, ſeu, virtualiter in prioribus contentæ; Et ille Habitus

3. Theologia *ſupernaturalis* adpellatur, quæ per Principia revelata a Theologia *naturali*, per diſcurſum vero, ſeu, Ratiocinium a *Fide*, ceu ſimplici adſenſu, ſatis diſcernitur, de cujus natura, & Indole quædam præmittere viſum eſt, prius quam ad ipſos Locos, unde genuina argumenta depromenda ſunt, decurrat oratio.

Ne autem a legitimo Scopo, quem diſciplinæ hujus Candidatos ob oculos habere oportet, aliquando exarrare contingat; meminerint, illum eſſe geminum: *Primum* quidem, ut non modo ſpeculativam, quæ ſolam curioſitatem expleat, Myſteriorum notitiam haurire ſtudeat, ſed magis in chriſtianorum virtutum exercitio proficiens eandem dirigat ad beatificam viſionem olim ſecurius adquirendam. *Alterum*, ut propria nequaquam contentus ſalute, doctrinam ſemel inbibitam aliis etiam communicare ſatagat, contra adverſa-

verſarios fortiter tueatur, infirmos conſolidet, depravatos convertat, ſicque Proximorum Salutem, Eccleſiæ Catholicæ Bonum, & Dei Gloriam omni conamine promoveat, tunc demum Uberum, Laborum ſuorum fructum conſecuturus.

CAPUT PRÆAMBULUM.

DE THEOLOGIÆ REVELATÆ NATURA, & INDOLE.

§. I.

Exponitur Theologiæ natura, & dividitur.

Exiſtere Theologiam, ut eſt Habitus a Fide diſtinctus, inepte quis in dubium revo- 1
caret; quoniam non ſingulos fideles idoneos eſſe experimur, qui veritates revelatas aliis ſufficienter communicare, easque ob oppugnantium inſultibus tueri valeant, quod Theologorum Munus eſt. Theologiam enim S. AUGUSTINUS adpellat ſcientiam, qua fides ſaluberrima, quæ ad Beatitudinem veram ducit, in cordibus infidelium gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur, qua, ut idem advertit, non pollent fideles plurimi, quamvis plurimum polleant ipſa fide. Aliud eſt enim ſcire tantummodo, quid homo credere debeat propter adipiſcendam vitam beatam, quæ non niſi æterna eſt; aliud autem ſcire

hoc ipſum, quomodo & piis opituletur, & contra impios defendatur, quam proprio adpellare vocabulo ſcientiam videtur Apoſtolus, lib. XIV. de Trinit. cap. I.

2 Igitur Theologia dici poteſt Habitus ſcientificus, qui e Principiis im- vel mediate revelatis concluſiones alias de Deo, rebusque eo pertinentibus, certo deducit, ſicque a Fide, & naturali Theologia facile diſcernitur.

Nec etiam in diſcurſu theologico neceſſum eſt, utramque præmiſſarum immediate & explicite eſſe revelatam, modo Propoſitio principalis revelata ſit, in qua concluſio virtualiter latet, & diſcurſu inde evolvitur. Porro Sermo heic eſt de revelatione *publica* per Eccleſiam omnibus propoſita, non de *privata*, de cujus veritate, & exiſtentia authentico Eccleſiæ Judicio nondum conſtat, quæ etiam Locum Theologicum non conſtituit.

3 Theologia ex parte Subjecti, cui ineſt, conſiderata, vel *archetypa* eſt, ſeu, cognitio veritatum ipſius Dei, ſe pleniſſime comprehendentis: aut *ectypa*, qualis ineſt homini pro vario ejusdem Statu. Hinc alia *Matutina*, ſeu *Beatorum*, qui iſtas veritates olim obſcure creditas, jam clare in Deo intuentur. Alia *Veſpertina*, ſeu *viatorum*, hæcque vel hominis *Integri*, haud dubie cum aliis Scientiis eidem a Deo indita: vel *lapſi*, & denuo reparati, cujus triplex ſucceſſive ſtatus occurrit. Status *Legis naturæ* ab Adamo usque ad Moy-

Moysen, non quidem revelatione, sed scripta, destitutus.

2. *Status legis* scriptæ, a Moyse usque ad Christum, quæ dici posset Theologia Mosaica, & Prophetica.

3. *Status gratiæ*, inde ab Adventu Messiæ usque ad consummationem Sæculi, quæ proprie Theologia Christiana est; etsi Christus jam olim Adamo, & Patriarchis revelatus atque promissus fuerit, qui demum in plenitudine temporum adparuit, & quæ de ipso prædicta erant, Vaticinia clarius exposuit.

Hæc autem spectata quoad *objectum*, seu 4
veritates. quas pertractat, *Speculativa* est, aut *practica*. Prior occupatur in Veritatibus creditu, & scitu necessariis in ordine ad *Intellectum*; Altera proponit agenda, & dirigit *Voluntatem*, ad actiones Legi Dei revelatæ conformandas, hinc & *Moralis* dicta, quod hominum Mores ad opus, & Praxin informet. Speculativa iterum vel *dogmatica* est, quæ fidei veritates genuinis e fontibus erutas demonstrat; vel *Polemica*, a pugnando dicta, quæ easdem veritates ab adversantium insultibus tuetur, & propugnat.

Theologia *ex parte Modi*, vel *extra sy-* 5
stematica est, quæ Veritates revelatas in nullum ordinem redactas quasi pro re nata exponit, v. c. *Exegetica*, quæ veritates secundum Seriem librorum S. Scripturæ ubique dispersas explanat, uti videre est in tot Commentariis:

tariis: vel *Homiletica*, a SS. Patrum Sermonibus, ſeu, Homiliis ſic dicta, ubi pro loci, temporis, vel Auditorum opportunitate, nunc iſtum, modo alium Scripturæ locum, aut fidei dogma explanabant, quod & hodie ſolent Prædicatores Verbi divini.

Vel *Syſtematica*, accepta pro complexu artificiali Veritatum, in certum aliquem ordinem, ſeu, Syſtema cohærens digeſto, cujusmodi olim erat *Catechetica*, quæ Religionis Chriſtianæ Candidatis, Catechumenis dictis, & competentibus, prima Fidei Rudimenta, illa ſaltem, quæ per *Diſciplinam Ariani* celare non oportebat, aut Parvulis jam baptizatis, ſenſim adoleſcentibus, creditu neceſſaria exponebat. Erat autem plerumque *Symbolica*, ſecundum ordinem Articulorum fidei, ut in Symbolo apoſtolico exſtant, contenta, cujusmodi Specimen habemus in Catecheſibus S. CYRILLI Hieroſolymitani.

6 Theologia hæc Syſtematica, de qua pluribus §. ſequente ſpectata quoad *Methodum* easdem veritates pertractandi, alia dicitur *Poſitiva*, quæ Stylo facili, nec Oratorum ornatum reſpuente, quaſi diſſerendo, fidei, morumque dogmata tradit & exponit, alia *Scholaſtica*, quæ Stylo preſſiore, quandoque ſatis barbaro, ad Artis dialecticæ Regulas, & Methodo vel analytica, vel ſynthetica, vel ſacrata, in Scholis paſſim uſitata atque recepta, easdem Veritates revelatas, & cum iis connexas, pertractat.

§. II.

§. II.

De Theologiæ ortu & progreſſu.

Ut ab ipſo Theologiæ Evangelicæ Authore exordias, palam eſt, Chriſtum methodo plana, & diſcurſu facili, Ingenio Auditorum rudium adcommodato, adhibitis frequenter pro more orientalium Parabolis & Similitudinibus, Divinitatem ſuam, aliaque Myſteria & doctrinæ capita, obſcuriora etiam Prophetarum oracula, exponere conſueviſſe. Diſputans vero in Synagogis, vel Templo cum Doctoribus, ac Legis peritis utriusque Sectæ Phariſæorum & Sadducæorum, id unum agere videbatur, ut genuinum legis ſenſum exponeret, falſas eorum traditiones redargueret, faſtum, arrogantiam, Hypocriſin, aliaque vitia corriperet, Prophetarum Vaticinia de ſua Perſona ſcripta eſſe, ſeque verum Meſſiam Patribus eorum promiſſum demonſtraret. Hunc in finem dialecticam non raro adhibuit Methodum; ut adeo in ipſo Evangelio Scholaſticæ Theologiæ veſtigia non obſcura deprehendere ſit. Sic Matthæi XXII, 43. iſto diſcurſu probat, ſe non purum Davidis, ſed ipſius Dei filium eſſe, & Domino coæqualem. Filius David, ſeu merus Homo, non poterat a Domino Deo adpellari Dominus: atqui Meſſiam Deus vocat Dominum: Pſalm. CIX. *Dixit Dominus Domino meo.* Igitur Meſſias non eſt purus Homo, ſed Dei filius. Ibidem 31. Mortuorum Reſurrectio-

nem hoc fere ratiocinio demonſtrat. Deus non eſt mortuorum, ſed vivorum Deus. Atqui Deus ſe ipſum adpellat Deum Abrahæ, Iſaac, & Jacobi. Ergo hi non ſunt mortui, ſeu perfecte, & plene mortui, ſed vivunt ſecundum Animam, Corpori ſuo uniendam. Igitur & corpora reſurgent, ſine quibus non eſſent perfecte Homines. Ita quoque probat indiſſolubile Matrimonii Vinculum, & reprobat Libellum Repudii Matth. XIX. 3. ſequent. Quod Deus conjunxit, Homini ſeparare non licet. Atqui Virum & Uxorem Deus conjunxit; Igitur &c.

Plura Methodi hujus Specimina paſſim obvia ſunt, & quædam collegi in Hiſtoria Theologiæ chriſtianæ Sæc. I. §. III.

8 Ita quoque Apoſtoli a Chriſto edocti non aliis adverſum Judæos Argumentis uti poterant, quam oraculis ex Lege eorum depromptis, quæ jamjam adimpleta, & Chriſtum ab eis in crucem actum, promiſſum Meſſiam eſſe, demonſtrabant, eoquod Tempus, & Locus, & Miracula ab eo patrata, uni Meſſiæ convenirent. Adhibebant haud raro demonſtrativam & dialecticam Methodum, ut videre eſt, in Epiſtola Pauli ad Hebræos cap. IX., ubi Chriſtum mori debuiſſe, hac ratione oſtendit: Ut Teſtamentum valeat: Mors neceſſe eſt interveniat Teſtatoris, Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt; atqui Chriſtus Teſtamentum fecit; Igitur pro valore Teſtamenti

mori eum neceſſe fuit. Hujusmodi Ratiociniis plenæ ſunt Pauli Epiſtolæ.

Aliter Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus 9
agendum erat cum Ethnicis. Quum enim iſti nec veteris, nec novi Teſtamenti Libros, ceu verbum Dei admitterent; non niſi variis credibilitatis Motivis de Dei unius exiſtentia, de Idolorum vanitate, de Anima immortali, de Corporum Reſurrectione, de Æternitate Pœnarum, de Chriſti Divinitate, de Eccleſiæ Fundatione convincendi erant, & ita demum ſenſim ad plenam Myſteriorum agnitionem perducendi. Videre hoc eſt in eleganti illo diſcurſu Pauli ad Athenienſes in Areopago Actor. XVII. 22. ſeq.

Immo, cum gentes naturali ſolum Rationi inniterentur; commonſtrandum ipſis erat, Religionis Chriſtianæ Myſteria, utcunque rationem tranſcendant, eidem tamen non adverſari, & captivandum eſſe Intellectum in obſequium fidei. Diſceptandum aliquoties erat cum Philoſophis acute ratiocinantibus, verius, ſophiſmata nectentibus; Hinc vocari in ſubſidium quoque debuit Philoſophia, ut adeo Patrum non nulli de Platoniſmo accuſati fuerint, etſi ab aliis vindicati. Porro Philoſophiæ Uſum in Eccleſia ſenſim invaleſcentis merito quis adſcripſerit ipſis Philoſophis, ad chriſtiana ſacra perductis, qui adſuetis olim armis non infeliciter uſi, concives, & ſocios quondam ſuos propriis oppugnare, & ſuperare noverant, uti

videre eſt in operibus Justini Martyris, Tatiani, Athenagoræ, Theophisti Antiocheni, & Hermiæ, Sæculi II. Scriptorum, quibus e Sæculo III. addendus Clemens Alexandrinus, & Origenes.

10 Quando autem ab Hæreticis impugnari Eccleſia cepit, quod quidem jam primo Sæculo contigit, mox Eccleſiarum Præſides, ceu fideles traditi Doctrinæ ſanæ depoſiti Cuſtodes, adhibita quoque aliorum Doctorum opera, collectis undique ex utroque Teſtamento Locis Novatores falſi convincere, & ad Semitam reducere conabantur. Ubi vero & ipſos Sectarios Sacris Paginis vel corruptis, vel in pravum ſenſum detortis abuti animadvertebant; de efficaciore opus erat circumſpicere Remedio, quo graſſantibus obviam irent Erroribus. Paſſim igitur celebrare Conventus ſeu Synodos, cum particulares, tum generales, ubi collatis Conſiliis, junctisque Operis natos recens Errores in cunis ſuffocare, penitusque extinguere ſtudebant, in id præcipue incumbentes, ut nihil paterentur innovari, niſi quod traditum eſt, & Verbum Dei non privato cujuscunque Senſu ac Spiritu, ſed quomodo ab Apoſtolis, Spiritu S. omnem veritatem edoctis, acceperant, exponeretur, eandemque verbi hujus traditi cum Scripto Authoritatem eſſe demonſtrarent. Neque recuſabant & cominus iisdem congredi, palam, privatimque diſceptare, Sophismata eorum diſſolvere, & Ratiociniis quoque Technas

eorum

eorum dirumpere, quod in IRENÆO præsertim, TERTULLIANO, ac ARCHELAO contra Manetum disputandi adparet. Atque ita res fere habuit quatuor prioribus Ecclesiæ Sæculis. Nec ullum inde exstat opus, quod Theologicarum doctrinarum nobis exhiberet Systema, & Ordinem, S. CYRILLI Hierosolymitani excipiantur Catecheses, Dogmata Religionis christianæ secundum ordinem Symboli apostolici pertractantis, exacte tamen observata *Ariani Disciplina*, ita, ut non nisi aliquot ante Baptismum conferendum diebus Trinitatis, & Eucharistiæ Mysteria competentibus, hoc est, Candidatis jamjam admissis clare exponeret, aliis tamen revelare prohiberet.

Quinto demum Sæculo Specimen quoddam Compendii Theologici debemus S. AUGUSTINO, in illo ad Laurentium ENCHIRIDIO, seu Libello de Fide, Spe, & Charitate, ubi de Cultu Dei, quem Fide, Spe, & Charitate absolvi docet, de Universi creatione, de Errore & Mendacio, & Boni & Mali caussis, de Peccato, Libero Arbitrio, de Christo, de Baptismo, & originali Peccato, de Spiritu S. atque Ecclesia agit. Referri huc etiam potest GENNADII Massiliensis opus *de Dogmaticis Ecclesiasticis*, adinstar professionis Fidei compositum, ubi quinque prioribus Articulis complectitur dogmata de Trinitate & Incarnatione, ac Resurrectione adversus Millenarios atque Originem, de Animæ inmortalitate ac Liber-

Libertate adjuvanda per gratiam. Pergit deinceps ad Sacramenta Baptiſmi, quem in Nomine SS. Trinitis ab Hæreticis collatum repeti poſſe negat; Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ, tam publicæ, quam privatæ, & quibusdam aliis dogmatibus, ab Eccleſia in præcedentibus Conciliis adverſus Hæreticos declaratis. Quod attinet Quæſtiones de gratia, in Luto hæret Maſſilienſium.

12 Sæculo ſexto comparet Compendium quoddam Theologicorum Dogmatum S. Fulgentii RUSPENSIS Epiſcopi, quod *Regulam veræ fidei* ad Petrum inſcripſit, & hoc ordine proſequitur. Caput I. agit de Myſterio Unitatis, Eſſentia, & Trinitatis Perſonarum in Deo. II. De Myſterio Incarnationis. III. De Creaturarum omnium Origine, Natura, & varietate, de Lapſu Angelorum & Hominum. De gratio Redemptoris. De extremo Dei Judicio. De Reſurrectione Carnis. De Suppliciis æternis. De Pœnitentia, Baptiſmi virtute. De Neceſſitate bonorum operum. De Abſtinentia, & incontinentiæ vitio. Huic pertractationi XL. ſubjungit Regulas, ceu totidem Fidei dogmata, quibus ſine Hæreſeos Crimine repugnare nefas ſit.

Medio hoc Sæculo floruit TAYONUS Cæſarauguſtæ Epiſcopus, qui referente MABILLONIO in Tractatu de Studiis monaſticis, primus omnium theologicam quamdam ſummam conſcripſit, Typis nondum editam, & in

in quinque Libros divisam, ex operibus SS. GREGORII M. potissimam atque AUGUSTINI defloratam, sequenti ordine digestam I. de Deo, & ejus attributis. II. De Incarnatione, prædicatione evangelica, Ecclesiarum Pastoribus, & eorum gregibus. III. De Variis Ecclesiæ ordinationibus, Virtutibus & Vitiis. IV. De Dei Judiciis, Tentationibus ac Peccatis. V. De Reprobis, de Universali Judicio, & Corporum Resurrectione.

Ante Sæculo VIII. medium primus inter 13
græcos Systematicum quoddam Theologiæ opus compilavit JOANNES Damascenus, *de Fide orthodoxa* inscriptum, & in IV. Libros distributum. I. De Deo, ejusque attributis. II. De Creatione, Creaturis, Providentia, & Prædestinatione. III. De Persona Christi. IV. De Christo iterum, de Sacramentis, Resurrectione, aliisque Doctrinæ Capitibus, quem XI. demum Sæculo inter Latinos primus æmulatus fuit S. ANSELMUS Archiepisc. Cantuariensis, in celebri suo *Monologio*, Theologicas Quæstiones scholastica Methodo pertractans; quod quidem Monologium Commentariis illustravit Cardinalis AGUIRRIUS, Theologiæ S. Anselmi nomine inscriptis, & tribus in folio comprehensis.

Excreverunt deinceps a Sæculo XII. 14
scholastica ejusmodi Systemata, metaphysicis passim Quæstionibus infarta, maxime postquam AVICENNAS, & AVERROES ARISTOTELIS

TELIS ſcripta ex Arabia Europæ noſtræ invexerant, & Scholas paſſim infecerant; haud modico ſanæ Theologiæ detrimento. Hos inter Authores eminebant Petrus ABAELARDUS, GULIELMUS de Campellis, & ANSELMUS Laudunenſis, quos mediante tamen Sæculo XII. ſuperavit PETRUS Lombardus, Epiſcopus Pariſienſis, conſarcinatis IV. Sententiarum Libris, e SS. Patribus, AUGUSTINO præcipue depromptis, dictus ea propter Sententiarum Magiſter, cujus quidem libri & publice prælegi, & innumeris pene Commentariis illuſtrari neſcio, an obſcurari paſſim cœperunt.

15 At Sæculo demum XIII. quod merito *ſcholaſticum* dixeris, ſummum conſcendere gradum viſa fuit Theologia ſic dicta Scholaſtica, nempe in Scholis tradi ſolita, per quatuor viros, ALEXANDRUM Halenſem, ALBERTUM Magnum, S. BONAVENTURAM, & THOMAM Aquinatem, cæteros feret abſorbentem, qui Commentariis primum in Libros Sententiarum compoſitis, novum deinde Syſtema elaboravit in *Summa* theologica, tribus partibus diſtincta, atque Univerſi pene Orbis adplauſu incepta, cujus ordinem deinceps fere omnes amplexi ſunt, quotquot Theologiæ ſcholaſticæ ſeſe impenderunt. Atque utinam hos inter cancellos ſubſtitiſſent: etſi enim S. Thomas præter S. Scripturæ, Conciliorum, & SS. Patrum Authoritatem, Ariſtotelis quoque & ſuam rationem fere ubique adhi-

adhibeat, ipſis tamen fidei Dogmatibus locum quoque ſuum tribuit, quæ deinceps fere neglecta fuerunt, aut primis labris adtacta, quæ poſterioris ævi Theologi prætergreſſi ſunt, inani ſpeculationi, & verbi litigationibus, metaphyſicisque ſpinis ſe totos dedentes, donec medio demum hoc Sæculo iſtud Augiæ Stabulum in Patria noſtra perpurgari, Theologiæ priſtina dignitas reſtitui, & Religionis noſtræ dogmata e genuinis iterum fontibus, quos locos theologicis dicimus, comprobari cœperunt eliminatis plerisque Quæſtiunculis, quæ ineptire, aut redundare videbantur: abrogata etiam moleſtia illa ad calamum dictandi methodo, maxima utique chartæ, & temporis, melius locandi, lucro & commodo.

§. III.

De Theologiæ Utilitate, ac Neceſſitate.

Prius quam ad ipſam de Locis Theologicis 16
pertractationem transgrediar, & prætermiſſis, quæ magno quondam conamine agitabantur quæſtionibus de objecto & qualitatibus Theologiæ, utrum nempe ſit Sapientia, veri Nominis Scientia, naturalis, aut ſupernaturalis, de ejus ſolum utilitate, ac neceſſitate non nulla præmittam.

Sunt autem hac in Quæſtione oppoſiti Errores cavendi. *Primus* Veterum nonnullorum Hæreticorum, Arianorum maxime, qui

qui Fidei dogmata non nisi ad Rationis Trutinam expendere, nec quidpiam credere volebant, quod Ratione demonstrari non posset, quorum vestigiis hodie Sociniani insistunt. Alter illorum, qui omnem Philosophiæ usum & Theologia eliminatum volebant, quorum meminit CLEMENS Alexandrinus Lib. I. Stromat. existimantes, Philosophiam ex Malo ad Hominum perniciem esse ingressam, & a maligno quodam Inventore profectam; quibus ille Philosophiæ utilitatem his verbis opponit: pag. mihi 331. Erat quidem ante Domini adventum Philosophia græcis necessaria ad Justitiam; nunc autem est utilis ad pietatem, cui necessario præmittenda est ab iis, qui Fidem ex demonstratione percipiunt. Pergit autem Cap. 9. pag. 341. Nonnulli autem, qui se putant esse ingeniosos, nec Theologiam attingere volunt, nec Dialecticam, sed nec contemplationem discere naturalem, sed solam nudam fidem requirunt; perinde, ac si cum nullam Vitis curam gesserint, velint ab initio statim Botros accipere. Multo acrius Lutherus & Calvinus in Theologiam Scholasticam debachati sunt, eam non modo ut inutilem, sed noxiam quoque & inanem fallaciam, quæ Evangelium obscuraverit, & extinxerit traducentes. Quin eo processit Lutheranorum Wittebergensium Furor, ut Scholasticorum Libros Feretro impositos, Lugubri Pompa per Urbis compita deferentes, ac Rogo tandem injectos publice concremarent. At hodie deverbuerunt Animi & hodier-

hodierni Proteſtantes Theologiæ cum Methodo tractatæ neceſſitatem verbis, factisque demonſtrant.

RESOLUTIO I. Theologia quoad ſubſtantiam Eccleſiæ abſolute neceſſaria eſt; 17
2) haud quidem ſingulis ejusdem Membris, 3) ſed quibusdam pro omnibus.

Prob. Pars I. Theologia, ex Mente S. Augustini (N. 1.) eſt Scientia, qua Fides in cordibus Infidelium gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. Porro hæc ipſa Scientia neceſſaria eſt. 1. Ut increduli Motivis primum credibilitatis convicti, de Neceſſitate & exiſtentia Revelationis divinæ edocti, ac fidem, quæ teſtante Paulo Apoſtolo non niſi ex auditu eſt perducantur. Oportet igitur eſſe Doctores hac Scientia imbutos. Neceſſaria eſt 2. ad fidem ſemel genitam ulterius nutriendam, ne eam cito amittant, & circumferantur omni Venti doctrinæ. Hunc in finem: poſuit Deus quosdam quidem Apoſtolos; alios autem Evangeliſtas; alios Paſtores & Doctores, ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem Corporis Chriſti - - - Ut non ſimus Parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento Doctrinæ in nequitia Hominum, in aſtutia & circumventione Erroris. Epheſ. IV. 4. Neceſſaria eſt 3. ad fidem ab Adverſantium inſultibus defendendam, & roborandam. Iſtam enim in Epiſcopo, Animarumque Paſtore, ceu publico Doctore ſcientiam requirit Paulus

ad Titum I. 9. qua, amplectatur eum, qui ſecundum Doctrinam eſt, fidelem Sermonem, ut potens ſit exhortari in Doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere ſunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, quos oportet redargui, qui univerſas Domos ſubvertunt, docentes, quo non oportet.

18 *Prob. Pars II.* Chriſtus in Fideli ſimplici nihil requirit præter firmum veritatibus revelatis præſtandum ad ſenſum Baptiſmum, & Mandatorum obſervantiam, ſeu, opera bona. Qui crediderit, & baptizatus fuerit: ſalvus erit. Marc. ult. 16. Si vis ad vitam ingredi, ſerva Mandata. Et TERTULLIANUS de Præſcription. adverſus Hæret Fides tua te ſalvum facit, non exercitatio ſcripturarum. AUGUSTINUS quoque N. 1. allegatus id ipſum diſerte affirmat. Sed & S. PAULUS Rom. XII. 5. Eccleſiam comparans corpori myſtico, ubi non omnia membra eundem actum habent, & de diviſionibus gratiarum Loquens I. Cor. XII., alii inquit, datur Sermo Scientiæ, tandem exclamat. Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes Doctores? Nempe oportet eſſe Magiſtros, & ex relatione, diſcentes. Denique Theologia, Etſi Veritates revelatas ſupponat, Scientia tamen naturalis eſt: & Habitus, concluſiones alias ex iisdem deducendi, quibus Ingenii dotibus, & Arte ratiocinandi, non omnes inſtructi ſunt. Nec enim omnia poſſumus omnes.

Pars III. patet ex prima. N. 17.

RESO-

RESOLUTIO II. Theologia Scholaſtica Eccleſia non modo utiliſſima eſt, ſed ſuo ſenſu neceſſaria. 19

Prob. Theologia Scholaſtica dogmaticæ adjungit ſobrium Uſum Philoſophiæ, & Stylum, Methodumque preſſe ſtringentem, quæ duo maximam adferunt utilitatem. Philoſophia enim plurium rerum ac Nominum ſubpeditat notiones, ut Naturæ, Perſonæ, ſubſtantiæ, generationis, libertatis &c. quæ in Myſteriis exponendis maxime ſerviunt. Dialectica modum tradite præmiſſis concluſiones rite deducendi; hinc & ipſis Patribus frequenter, & multo cum fructu uſurpata. Diſputationis Diſciplina, inquit S. AUGUSTINUS de Doctrina chriſtiana II. 21. ad omnia genera Quæſtionum, quæ in Litteris ſanctis ſunt pertractanda & diſſolvenda, plurimum valet. Tantum ibi cavenda eſt Libido rixandi, & puerilis quædam oſtentatio decipiendi Adverſarios. Stylus denique preſſior & ſuccinctus, cujusmodi fere eſt ſyllogiſticus, iſtud habet commodi, ut Propoſitiones, earumque nexus facilius perſpiciantur, & extravagari, aut tergiverſari volentes ad Statum, Scopumque Quæſtionis pertractandæ redire, & ordinate reſpondere cogantur.

Inde autem & quædam ejusdem relucet Neceſſitas. Quum enim Chriſtiana Religio a Paganis, Judæis, hodiernis Deiſtis, & Catholica ab Hæreticis ſepiſſime impugnetur, & armis quidem a Philoſophiæ ac Rationis 20

officina depromtis; utique & ab Adgreſſorum moleſtis inſultibus defendi debet, quod Theologi officium eſt, quo tamen rite perfungi minime poterit, niſi in eadem cum obpugnantibus arte fuerit exercitatus, & Sophiſmata diſſolvere calleat, quem uſum ſana Philoſophia ſubminiſtrat, & Theologiæ juncta, Scholaſtica dicitur.

21 Neque mox dictis adverſatur S. PAULUS, qui omnem Philoſophiæ uſum damnare videtur Coloſſ. II. videte, ne quis vos ſeducat per Philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundum traditionem Hominum, ſecundum Elementa Mundi, & non ſecundum Chriſtum. Et I. Tim. VI. 3. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis Sermonibus D. N. Jeſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ; ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa Quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati ſunt. Haud aliter TERTULLIANUS contra Philoſophiam declamat Lib. de Præſcript. adverſus Hæreſ. cap. 7. Quid ergo Athenis, & Jeroſolymis? Quid Academiæ & Eccleſiæ? Quid Hæreticis & Chriſtianis? Noſtra Inſtitutio de Porticu Salamonis eſt, qui & ipſe tradiderat Dominum in ſimplicitate quærendum. Viderint, qui Stoicum & Platonicum, & Dialecticum Chriſtianiſmum protulerunt. Nam

Reſp.

Resp. Damnari ſolum Philoſophiæ abuſum, quando quæſtiones tractantur inutiles, ſecundum traditionem hominum, ut loquitur Apoſtolus; aut Philoſophia præſertim Sophiſtica, ipſaque naturali ratione Myſteria revelata impugnantur; quod & olim contigiſſe, & hodie dum contingere, palam eſt.

Oppon. Contra Neceſſitatem Theologiæ. 22
I. Scholaſtica non magis hodie neceſſaria eſt, quam erat prioribus Eccleſiæ Sæculis, ubi SS. PP. & Eccleſiæ fidem in Cordibus Infidelium plantarunt, rigarunt, contra Adverſarios defenderunt, & roborarunt, absque Scholaſticæ ſubſidio, quæ demum Sæculo VIII. introducta fuit. *Ergo.*

Resp. Diſt. Theologia Scholaſtica ſumta pro complexa artificiali & ſyſtematico Materiarum certo ordine digeſtarum Sæculo VIII. introducta fuit, & olim neceſſaria haud erat. *Conc.* Sumta quoad Uſum Philoſophiæ, Dialecticæ, & Ratiocinii naturalis. *Neg.* Hic enim & ab ipſo Chriſto, Apoſtolis, & primis Patribus adhibitus fuit. N. 8. ſeq.

Oppon. II. Philoſophia theologiæ jungenda eſt vel ad inſtruendos in Eccleſia Imperfectos, vel ad firmandos Perfectos. 23 *Non prius*; Quia Paulus I. Cor. III. 2. illis tanquam Parvulis in Chriſto Lac potum dari voluit, non eſcam, nondum enim poterant, hoc eſt, plana, ſimplicia, captui eorum accommodata, eſſe proponenda. Neque *poſterius*;

rius; quoniam Idem Apoſtolus I. Cor. II. 6. de ſe profitetur: Sapientiam loquimur inter perfectos, Sapientiam vero non hujus Sæculi, hoc eſt, Philoſophiam.

Reſp. Neceſſaria eſt propter utroſque. Theologi enim eſt, & rudes inſtruere, dubia oborta illis eximire, & eos ad fidem non modo carbonariam, ſeu, implicitam, ſed & explicitam, quoad fieri poteſt, ſenſim perducere. Oportet etiam proficientes magis firmare, ſolideque inſtruere, ut & ipſi contradicentes arguere, alioſque docere valeant, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti eos rationem de ea, quæ in nobis eſt Spe. I. Petri III. 15. Ut enim advertit Melchior Canus de Loc. Theol. L. I. Cap. 2. Quicunque Chriſtianæ Scholæ Magiſter eſſe voluerit, ſed niſi mox Doctrinæ Rationem adhibeat, Fidelis eſſe poterit, ſed Fidelium Doctor eſſe non poterit. Paulus priore loco id ſolum vult, Rudioribus Myſteria creditu & ſcitu neceſſaria, primum ſimpliciter, & plane, nec omnia ſimul, eſſe tradenda, utpote quæ capere tunc minime poſſent quemadmodum & ipſe Chriſtus non omnia a Principio & ſimul Apoſtolos ſuos docuit, ſed ſucceſſive, immo non nulla poſt reſurrectionem aperuit, alia etiam Spiritu S. reſervavit, qui eos doceret omnem veritatem. Altero loco vult Paulus, abſtinendum eſſe a Quæſtionibus otioſis, & curioſis, Genealogiis interminabilibus, quibus ſe totos dabant illius temporis Philoſophi; prædi-

prædicandam autem esse Sapientiam, quæ desursum est, sanam doctrinam Mysteriorum, haud neglecto tamen sobriæ Philosophiæ & Rationis Usu, cujus frequens ipse exemplum præbuit.

Oppon. III. Neque necessaria est ad con- 24
vincendos gentiles Philosophos. Nam Idem PAULUS I. Cor. I. 17. seq. multis probat, non naturali Ratione & Sapientia hujus Mundi, sed per humilitatem & Virtutem Crucis infirmandam esse Sapientiam Sæculi, & Populos fuisse conversos.

Resp. Equidem non sola ratione humana destruitur Sapientiæ Mundi, sed virtute interioris gratiæ externam prædicationem comitantis, quum fides non sit opus Hominis, sed Donum Dei. Et prior quidem ille Modus, quo Apostoli, cæteroqui rudes, inermes, doctrinam sensibus minime blandientem, non temporale ullum commodum, sed pauperiem, carceres, tormenta, mortem acerbissimam sequacibus promittentem, tot Populis, Judæis, græcis & Barbaris, persuadere potuere, totus pendebat ab extraordinaria Dei potentia. Jam vero Miracula, quibus Ecclesia recens plantata riganda erat, & firmanda, citra præsumtionem & tentationem Dei non quolibet tempore exspectanda sunt; Ideo necessum erat, ut successores modo ordinario & quasi humano ad veræ doctrinæ propagationem, & infidelium conversionem sese adcingerent, & Philosophiæ, rationumque sub-

ſidiis ſeſe præmunirent, ad Animasque capiendas præpararent.

DE LOCIS THEOLOGICIS.

25 *Locus*, ex ARISTOTELE & CICERONE eſt Sedes, unde Argumentum promitur. Argumentum vero eidem CICERONI dicitur Ratio, quæ rei dubiæ fidem facit. Igitur Argumentum Theologicum erit Ratio, quæ dogmati ex Principiis Legitimis fidem faciat, ſeu adſenſum perſuadeat. Principia Theologiæ propria ſunt Revelationes divinæ; Fidei enim maxime Scientia Theologica innititur, & e Propoſitionibus explicite revelatis alias eruit virtualiter in prioribus contentas. Hinc præcipuus in Theologia Authoritati locus eſt, & ut concluſio vera theologica ſit, utraque præmiſſarum, vel una ſaltem, revelata, altera autem naturaliter certa eſſe debet, quæ oſtendat, concluſionem in præmiſſis contineri, & infallibiliter inde deduci. Igitur in rigore loquendo Locus theologiæ non niſi unicus eſt: nempe Verbum Dei revelatum, unde ſolum Concluſio vere Theologica eruenda: cæteri, qui adjungi ſolent, uti Eccleſia, Rom. Pontifices, SS. Patres &c. non niſi Teſtes ſunt revelationis, & Legitimi ejusdem Interpretes. Eccleſiæ enim definitiones non pro novis revelationibus habendæ ſunt, ſed veritatem jam olim a Deo factam, & depoſiti adinſtar conſervatam, & Traditione ad nos usque propagatam, Spiritu S. aſſiſtente infalli-

biliter

biliter teſtantur. Quoniam vero Verbum Dei revelatum vel S. Scriptura expreſſum eſt, vel Traditione primum orali traductum fuit, & ex hujus Teſtibus legitima concluſio deſumi poteſt; Ideo & plures l·ci adſignari ſolent. Primus horum Verbum Dei *ſcriptum*: Alter *Traditum;* cui non dignitatis quidem, ſed nexus ordine 3. junguntur SS. Eccleſiæ *Patres* atque Doctores, ceu legitimi S. Scripturæ Senſus ac Traditionum Teſtes & Traduces. Utrumque Dei Verbum Eccleſiæ fideli cuſtodiæ commendatum fuit. Hinc Locus 4. *Eccleſia:* quæ quoniam vel per orbem diſperſa eſt, vel in Cœtibus Paſtorum congregata ad conferendas Eccleſiarum particularium Traditiones ab Apoſtolis earum fundatoribus acceptas; igitur oritur quintus Locus, *Conciliorum authoritas.* Primatum in Eccleſia etiam coadunata ab ipſo Chriſto obtinuit Romanus Pontifex, ejusdem Vicarius & Petri ſucceſſor; hinc ſextus Locus *Authoritas Roman. Pontificum.* Non omnes hæreſes in Conciliis proſcriptæ, ſed non nullæ etiam ſtudio SS. Patrum, quorum ſuperſunt opera, confutatæ fuerunt; de quibus agitur Loco tertio. Horum veſtigia preſſerunt ſubſequentium temporum Doctores, qui & Dogmata accepta rationibus munierunt, & adverſum Hæreticos propugnarunt; hinc Locus ſeptimus, *Theologi Scholaſtici, & Eccleſiaſtici Juris periti.* Ad conſervandam Apoſtolorum Patrumque doctrinam, Epiſcoporum Succeſſiones, Conciliorum, & Sedis Apoſtolica definitiones, Errorum

rorum ortum & condemnationem, aliaque priorum Temporum acta, potiſſimum & octavo loco ſervit *Hiſtoria.* Multum etiam obſequii Theologiæ accedit a *Philoſophia*, & ratione naturali; cui tanquam ancillæ poſtremum locum adſignat Domina Theologia.

CAPUT I.

DE VERBO DEI SCRIPTO.

26 Verbum Dei, antiquis Patribus, Prophetis, Apoſtolis revelatum, ab iisdemque Scripto conſignatum variis adpellari ſolet Nominibus. Dicitur enim *S. Scriptura*, eoquod Spiritu S. inſpirante dictata, ſcripto exarata fuerit. *SS. Litteræ*, quaſi quædam Dei ad Hominem Epiſtolæ per afflatos Internuncios directæ. *Teſtamentum*, eoquod Deus voluntatem ſuam teſtatam faciat. *Tabula fæderis* Deum inter & Hominem initi. Univerſim *SS. Biblia, Codex*, quod iſta Revelatio pluribus Libris & uno volumine comprehendatur. Quoniam vero revelationis hujusmodi ſcriptæ non Exiſtentiam modo, ſed & neceſſitatem & plurimi olim negarunt, & hodierni Deiſtæ in dubium vocant; hinc de utraque primum, dehinc de SS. Librorum inſpiratione, canone, lingua, verſionibus, ſenſu, ejusque interpretatione authentica pertractandum.

§. I.

§. I.

De Necessitate, & Existentia revelationis divinæ.

Existit necessario Deus, Spiritus a se infinite perfectus, sibique soli sufficientissimus, uti ex Philosophia supponere licet. 27

Quum extra se nihil deprehenderet; se ipsum contemplando infinite sibi in se ipso complacuit, hocque Amore complacentiæ voluisse concipitur Perfectiones suas ad extra manifestare. 28

Libere ergo hoc universum creavit, & in eo creaturas rationales, quæ possent Perfectiones istas cognoscere, & debita Deo obsequia exhiberent, quod dicitur glorificatio. 29

Quum insuper sit infinite bonus; voluit creaturas illas suæ felicitatis participes reddere, quæ finem creationis a Deo intentum observarent, hoc est, Deum pro modo cognitionis suæ glorificarent; Hac enim ratione maxime manifestatur Bonitas ejus, & Misericordia, dum felicitatem indebitam gratuito largitur creaturis intellectualibus, ad omne obsequium aliunde obstrictis. 30

Ut Bonitatem Dei decet Justis largiri praemia, hoc est, felicitatem suam illis communicare; ita ejus Sanctitas infinita exposuit, ut Peccatum summo Odio prosequatur, & ex Justitia, seu, Bonitate sapienter administrata,

ſtrata, infinite puniat. Igitur qui finem creationis ſuæ non ſervant, illis privatio deſtinatæ Felicitatis, & Pœna debetur.

32 Quoniam Spiritus ab intrinſeco inmortales eſſe ſupponuntur, & nulla ratio ſufficiens Deum movere valet, ut ab eorum conſervatione, ſeu, a manifeſtatione ſuarum perfectionum, & obtinenda glorificatione Extrinſeca deſiſtat; ſequitur, Spirituum ſemper conſervandorum Præmia, & Pœnas fore perpetuas.

33 Intimo ſenſu experimur, continuum & vehemens in nobis eſſe deſiderium ſummæ, & perfectæ felicitatis: Quis enim non cupit eſſe beatus, & ab omni miſeria liber? Summa Beatitudo perfecte ſatiativa eſſe, & omnem adpetitum ordinatum explere debet. Nihil eſt autem, quod integrum Hominis Deſiderium perfecte ſatiet, quam clara cognitio omnis veri (naturaliter enim Homo omnis ſcire deſiderat) & ſecura Poſſeſſio omnis Boni, unde ſumma & adæquata oritur Voluptas.

34 Solus Deus eſt omne Verum, & omne Bonum; ergo omnis Homo deſiderat Deum perfecte cognoſcere, & perpetuo poſſidere Perfecte autem Deus non cognoſcitur, niſi videatur, ut eſt in ſe, ſeu, intuitive. Niſi enim Homo totum videat, quod in Deo eſt; ſemper deſiderabit amplius, & plenius videre. Deſiderium eſt cum inquietudine, quæ repugnat ſatietati, quam debet præſtare Bea-

Beatitudo perfecta, ceu felicitas pura, & Status omnium Bonorum adgregatione perfectus: Igitur Perfecta Beatitudo in visione Dei intuitiva consistit. Homo perfectam Beatitudinem adpetit; ergo Visionem Dei intuitivam adpetit.

Possessio omnis Boni haberi nequit abs- 35
que unione cum illo; quod enim absens est, non possidetur, hujusque Possessionis seu fruitionis remanet Desiderium, quod repugnat Beatitudini.

Omnis Homo perfectam Beatitudinem 36
adpetit. Hæc consistit in Visione Dei intuitiva, ejus Possessione, seu fruitione & Unione cum illo. Ergo Homo utramque adpetit. Anima nostra & immortalis est, & perpetuo conservabitur; ergo perpetuam adpetit Dei Visionem, & fruitionem.

Deus non nisi illis perpetuam Beatitudi- 37
nem, seu, felicitatis suæ communionem destinare voluit, qui finem creationis servarunt, seu, Deum glorificaverint; cum ex adverso peccantibus, seu, Gloriam Dei obscurantibus, ejus privatio, & Pœna infinita debeatur. Nam Offensa infinita est, ratione Injuriæ in Bonum infinitum commissæ; cum Injuriæ gravitas a dignitate Personæ offensæ desumitur.

Nullus Hominum finem suæ creationis 38
perfecte servavit, seu, debitam Deo gloriam retribuit, sed omnes peccarunt graviter, nascun-

naſcuntur Filii Iræ, & indignationis divinæ. Nam ſub juſto Deo, in hac ſaltem Providentia, Bonitatis, & Sapientiæ Legibus temperata, nemo ſine culpa miſer eſſe poteſt: Summus autem omnes miſeri, quippe variis infirmitatibus Corporis, & Animi defectibus obnoxii, rebelli concupiſcentiæ, & Morti ſubjecti, quod vel in Parvulis conſtat, nullius perſonalis culpæ Reis. Ergo omnes ſumus Peccatores, & Pœna nobis infinita debetur.

39 Peccator, ratione Injuriæ in Deum ſummum commiſſæ, condignam, h. e. infinitam ſatisfactionem præſtare debet; id, quod Juſtitiæ commutativæ & vindicativæ Leges depoſcunt, quam tamen nulla pura creatura exhibere valet. Nam a) Peccato debetur Pœna infinita. Hæc autem vel in- vel extenſive talis eſt. Priorem creatura ſuſtinere nequit, utpote quæ conſiſtit in adprehenſione & ſenſu omnis doloris poſſibilis; quæ adprehenſio cum infinita ſit, hinc creatura finita ejusdem incapax eſt. Extenſive infinitam, hoc eſt, æternam, quæ Fine caret, Creatura ſuſtinere quidem poteſt, eo ipſo autem quod æterna ſit, culpam nunquam delet, debitum non expungit, nec ſatisfacit. b) Satisfactio condigna, Injuriæ æquivalere debet. Hæc ſi forte non in ſe infinita, alterius tamen ordinis eſt, & extrinſece infinita. Opera autem quæcunque creaturæ, ſemper ſunt ordinis inferioris: Hinc ſatisfactio nunquam

poteſt

potest esse æquivalens. Qui autem nunquam satisfacere potest; perpetuo manet Culpæ & Pœnæ debitos. Homo purus nunquam satisfacere potest. Igitur perpetuo manet Culpæ & Pœnæ debitor.

Quoniam omnes Homines Peccatores 40
semper esse pergunt, & cum satisfacere nequeant, culpæ & Pœnæ debitores perpetuo manent; sequitur, aut omnibus Hominibus æternum pereundum, aut si Spes ulla Salutis superest, opus esse *Sponsore* ac *Redemtore*, qui pro nobis satisfaciat, & Pœnas nobis debitas nostrûm loco sustineat, ac vicaria ista Satisfactio a Deo offenso, & nobis reconciliando, acceptetur.

Ratio naturalis equidem agnoscit, Re- 41
demtorem necessarium esse, qui infinitam, nobis impossibilem, Satisfactionem pro nobis præstet, & quæ a Deo acceptetur; Quia vero nulla pura Creatura eam exhibere valet, & Ratio sibi soli relicta ignorat, quis ille Redemtor esse possit, & velit; & utrum Deus alienam Satisfactionem acceptare velit; sequitur, Redemtionis, & Satisfactionis vicariæ Modum a solo Deo revelari posse, &, si quæ Spes Salutis superest, Revelationem necessariam esse.

Nam extra Creaturam puram Nemo nisi Deus exsistit. Sed Ratio naturalis concipere nequit, quomodo Deus pro nobis satisfacere valeat. Igitur modum Redemtionis investi-

gare

gare nequit. Qui enim loco noſtrum ſatisfacere vellet, deberet Pœnas nobis debitas in ſeipſo ſufferre, & pro nobis pati; ſed Ratio naturalis concipere nequit, quomodo Deus pati poſſit, cum a) Natura divina impoſſibilis ſit. b) Deus infinite beatus ſit, cum quo ſtatu dolor omnis pugnat: c) Perſonam Judicis offenſa deponere, d) & ſibimet ipſi ſatisfacere nequeat. Ergo Ratio naturalis concipere nequit, quomodo pro nobis condigne ſatisfieri, & genus humanum redimi valeat, ſine ſpeciali revelatione. Quodſi igitur æternæ Salutis Spes ulla ſupereſt; Revelatio abſolute neceſſaria eſt.

42 Sine revelatione Salus æterna ſperari nequit. Niſi enim cognoſcatur Modus redemtionis noſtræ, Salus æterna ſperari nequit. Modus redemtionis ſine revelatione cognoſci nequit; ergo ſine revelatione Salus æterna ſperari nequit.

43 Per Rationem naturalem ſcimus, Deo omnipotenti nihil impoſſibile eſſe, niſi quod contradictionem involvit, aut cum ejus perfectionibus pugnat. Atqui Deum in natura divina pro nobis pati, & ſatisfacere, contradictionem involvit, & cum divinis perfectionibus pugnat. N. 41. Ergo naturaliter ſcimus, Deum in natura divina pro nobis pati & ſatisfacere non poſſe. Quum ergo præter Deum Nemo redimire, hoc autem Deus in ſua Natura impoſſibili præſtare nequeat, & Redemtio tamen

tamen ad fundandam Spem æternæ Salutis necessaria sit; sequitur, aut nullam prorsus superesse Spem Beatitudinis, aut, si Redemtio possibilis est, superesse alium Modum, quo Deus Homines liberare possit. Iste autem Modus non nisi per revelationem innotescere potest. Igitur Revelatio necessaria est.

Etiamsi nulla adpareat evidens Repugnantia, ut Deus Naturam humanam sibi uniat, in eaque adsumta pro nobis condigne satisfaciat: sicque Redemtio Humani generis possibilis sit, ut probant Theologi de Incarnatione; naturaliter tamen ignoramus, an a) Deus Naturam humanum assumere, & pro nobis satisfacere; b) an Deus offensus alienam Satisfactionem pro nobis acceptare voluerit? Nam facta mera, qua a sola Liberrima Dei voluntate pendent, cujusmodi ista sunt, non aliunde, nisi per Revelationem nobis innotescere queunt. Igitur an Deus nostram Redemtionem decreverit; sola revelatione constare potest. Nisi ergo sciamus, Redemtionem nostram de facto a Deo decretam & alienam Satisfactionem acceptatam fuisse; æternam Salutem sperare non possumus. Porro illam decretam fuisse, non nisi per Revelationem scire possumus. Ergo sine revelatione æternam Salutem sperare non possumus. 44

Atqui tamen etiam post Peccatum retinemus desiderium perfectæ Beatitudinis, & 45

noſtræ Salutis: cum Nemo miſer, ſed omnes Beati eſſe cupiant: Iſtud deſiderium nobis congenitum, non niſi a Deo inditum, nec fruſtraneum eſſe poteſt, ex Principio Rationis ſufficientis: foret autem fruſtraneum, & irrationale, ſi ejus obtinendæ Spes nulla eſſet. Ergo cum hujus deſiderii author ſit Deus; ſequitur, adeſſe Rationem ſufficientem, ut æternam Beatitudinem ſperare valeamus.

Hanc autem poſt Peccatum ſperare non poſſumus *abſolute*, ergo ſolum *in hypotheſi* gratuitæ Voluntatis divinæ, quæ non niſi per Revelationem nobis innoteſcere poteſt; Igitur Revelatio neceſſaria eſt Homini, æternam Beatitudinem ſperare volenti.

46 RESOLUTIO I. Exiſtit Revelatio ſcripta in Libro, quem dicimus S. Scripturam.

Prob. I. Ille Liber, qui docet 1. Modum noſtræ Redemtionis. 2. Redemtorem illum eſſe Deum, 3. quod Satisfactionem pro nobis præſtandam ſponte in ſe ſuſceperit, & 4. Deus offenſus eam acceptaverit. 5. Ille Liber, qui ſcriptus eſt ab Authoribus, de quorum bona fide, & ingenua Indole ab omni præjudicio aut voluntate decipiendi Libera conſtat, & qui nullius unquam Mendacii aut fraudis convinci potuerunt. 6. Qui narrat Miracula certa & indubitata, quippe a Teſtibus ocularibus adnotata, 7. qui complectitur vaticinia, diu ante cum omnibus circumſtantiis

tiis prædicta, & ad admuſſim certiſſime impleta. 8. Qui tradit Doctrinam ſublimem, tantopere a ſenſibus remotam, & carni minime blandientem, ab univerſo tamen propemodum orbe receptam, non Opibus, non Armis, non Eloquentia propagatam. 9. Pro cujus aſſertione tot mille Teſtes Bona omnia & ſanguinem inter acerbiſſima Tormenta profuderunt. 10. Quam Deus innumeris & evidentibus Miraculis confirmavit. 11. Ille Liber, quem Deus tot inter perſecutiones & flammas per quater mille Annos Integrum ſervavit. 12. Quem & Chriſtianorum Hoſtes Pagani, Judæi, Turcæ, ceu divinum venerantur; Ille, inquam, Liber non niſi a Deo revelatus, & ejus Authoritate exaratus eſſe poteſt. Hic vero Liber, quem dicimus S. Scripturam, iſtas omnes qualitates complectitur. Ergo divinitus revelatus eſt, & exſiſtit. *Minor* per partes ſingulas facile oſtenditur.

Prob. II. Novum, quod dicimus, Te- 47
ſtamentum vere eſt Dei Verbum a Deo inſpiratum: ergo & Vetus Teſtamentum; quia Chriſtus ipſe, & Apoſtoli ad illud tanquam ad genuinum Dei verbum, Patriarchis & Prophetis a Spiritu S. inſpiratum, ſæpiſſime provocarunt. *Ant. prob.* Omnes legati Dei in rebus & Verbis ad Munus ſuum pertinentibus ſpecialiter a Deo & dirigi, & inſpirari debent. Sed Scriptores N. T. erant Legati Dei, & Libri ab iisdem conſcripti ad finem

Muneris ſibi a Deo commiſſi pertinent. Ergo in ſcribendis iisdem ſpecialiter a Deo directos, & inſpiratos fuiſſe oportuit, Ideoque ipſorum Scripta continent Verbum Dei revelatum, & Scriptum.

Prob. Maj. Legati Dei in rebus ad finem Muneris ſui pertinentibus ab errandi & decipiendi periculo inmunes eſſe debent; ſecus Deus non conſequeretur finem ſuum, qui eſt, ut Homines per hujusmodi Legatos ad agnitionem Veritatum ſupernaturalium, & Mediorum, quibus æterna Beatitudo obtinenda eſt, perducantur. Atqui niſi Legati Dei ab eo ſpecialiter dirigantur, & inſpirentur, ab errandi & decipiendi Periculo inmunes non ſunt; præcipue, quando ejusmodi Legati ſunt Homines cæteroqui rudes, ſimplices, nullis exculti Scientiis, & ſibi ſolis relicti rerum divinarum ignorantia laborant. Ergo debebant &c.

48 *Probatur* etiam *Minor* principalis quoad Partem I. Scriptores N. T. ſe ipſos profitebantur Legatos Dei 2. Corinth. V. 20. „Legatione pro Chriſto fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. 1. Cor. IV. 1. Sic nos exiſtimet Homo ut Miniſtros Chriſti, & Diſpenſatores Myſteriorum Dei. 1. Cor I. 17. Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare.“ Hocque ſuum adſertum Miraculis confirmarunt indubiis. Si autem non fuiſſent vere Legati Dei, quos ſe eſſe dicebant; & Inpoſtores

ſtores fuiſſent, & Deus, qui ſolus Miracula patrare poteſt, hoc Mendacium adprobaſſet, quod ejus veracitati repugnat. Ergo erant Legati Dei.

Prob. min. Quoad Partem 2. Libros ab ipſis exarratos ad Finem Muneris ſui pertinere, ex ipſa Lectione patet. Finis enim Muneris ipſorum erat, ut omnes perducerent ad agnitionem veri Dei, & ad vivam fidem in Chriſtum Redemtorem a Judæis, & gentilibus exſpectatum, ceu unice neceſſarium noſtræ poſt lapſum Juſtificationis & Salutis æternæ Medium. Hæc autem Sacri iſti Scriptores ubique agunt in Libris a ſe exaratis. Igitur ad Finem Muneris ſui pertinebant, & illi inſpirati eſſe debebant.

Neque etiam *Subpoſitum* negari poteſt, 49
quod iſti Legati ſint Authores Librorum N. T. qui eorum Nomine circumferuntur; hæc enim ſalva Fide hiſtorica, quamvis humana ſolum, in dubium vocari non poteſt. Illa enim Facta pro indubitatis habenda ſunt, quæ ab Hominibus coëvis, & proximis adfirmantur, qui ipſa Autographa, ſeu, originalia inſpexerunt, & Poſteris de Manu ad Manum per Tempora ſibi ſuccedentia tradiderunt. Atqui N. T. Libros ab illis Authoribus, quorum Nomina præſeferunt, Scriptos fuiſſe, uno ore teſtati ſunt Chriſtiani coëvi, proximi, licet per Orbem Univerſum diſperſi, & qui in ejusmodi Mendacium conſpirare non

poterant, neque id etiam ab Adverſariis unquam in dubium revocatum fuit: ergo &c. Haud alia enim Ratione Libri, qui dicuntur *Thucydidis*, *Homeri*, *Platonis*, *Ciceronis*, *Virgilii*, aliorumque, genuinos eorum Partus eſſe, probari poteſt, niſi quod omnis coëvi & ſubpares, univerſi ad hanc Diem Poſteri ut tales agnoverint.

50 *Prob. III.* Subpoſita elevatione Hominis ad Finem ſupernaturalem, quam intimo ſenſu, & ex deſiderio perfectæ Beatitudinis, quæ in re nulla creata conſiſtere poteſt, agnoſcimus. Debuit Deus eidem revelare Media quibus Deum colere debeat, & finem ſuum adſequi valeat. Hæc Revelatio fieri poteſt vel inſpiratione *interna* ſingulis *inmediate* facienda, vel *publica* ad omnes directa. Priore Modo id fieri convenienter non potuit; Ergo fieri debuit revelatione publica omnibus communi & vel *Scripta*, vel *tradita*. *Min.* aſſumta *prob.* Deus infinite Sapiens permittere nequit confuſionem in Republica ex ſua lege certo orituram, facillime tamen evitandam. Atqui ſi Deus legem ſingulis mere interne, & inmediate manifeſtare voluiſſet; permiſiſſet confuſionem certo orituram, & facillime evitandam; ſubpoſita enim iſta interna, ac inmediata revelatione, nonnulli eam aut non agnoſcerent ut divinam; aut alii eidem ſe adcommodare nolentes, facile per malitiam dicerent. Non hoc, ſed aliud etiam contrarium ſibi fuiſſe revelatum, prout

prout id accidit Spiritui privato Proteſtantium, & Enthuſiaſtarum: Nec poſſent propterea falſitatis argui atque convinci: Inde autem orirentur contradictiones, lites, confuſiones innumeræ & perpetuæ, nec ab ullo Judice componendæ; eoquod non exſiſteret Lex publica, ſecundum quam, ceu, Normam controverſiæ definiri poſſent. Ergo ex revelatione interna inmediata oriretur confuſio interminabilis. Oportuit itaque Hanc Revelationem eſſe publicam, *ſcriptam*, vel *traditam*; quod quidem utrumque factam eſt. De Traditione probabitur Cap. II. De Scriptura autem ſic oſtenditur. Quod Fini a Deo intento magis congruit, & ad Rempublicam recte gubernandam quaſi neceſſarium eſt, illud Medium a Sapientiſſimo Deo revelatum fuiſſe, merito aſſeritur; Atqui hoc Medium eſt revelatio publica ad omnes directa, & in Scripturam redacta; quæ eſſet Lex omnium univerſalis. Ergo &c.

Min. prob. In omni Re publica Sapienter adminiſtrata multo convenientius, & Hominum genio, ipſarumque Legum exactæ obſervantiæ magis adcommodatum eſt, ut Leges in publicas redigantur Tabulas; cum ut naturali oblivioni, aut prætenſæ ignorantiæ, tum ipſarum Legum depravationi ac corruptioni, cui Traditio oralis facile obnoxia eſt, præcaveatur, poſſitque ad eas recurri a ſingulis, & juſtum ſecundum eas ferri Judicium. Illuxit hæc Providentia Legislatoribus omni-

 bus

bus, græcis, ac Romanis, ſi non ex antiqua Lege Moſaica, certe e dictamine Rationis, & experimento derivata. Ut enim ajunt, Theodoſius & Valentinianus Imperatores Leg. 9. Cod. de Legibus: „Leges ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt Hominum Vitas, intelligi ab omnibus debent; ut univerſi præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur.“

51 *Objic. I.* Sola Ratio naturalis ſufficienter inſinuat, quid de Deo ſentire, quomodo eum colere, noſtramque felicitatem obtinere debeamus. Nulla ergo neceſſaria eſt revelatio, & Scriptura revelata.

Reſp. neg. ant. Nam in hoc lapſæ Naturæ, quo verſamur, Statu, Redemtione & vicaria Satisfactione indigemus, ceu medio unice neceſſario æternam Salutem conſequendi, quod Ratio naturalis inſinuare nequit. Igitur illud Medium divinitus revelari debuit, quod fit per S. Scripturam. Immo etſi nullæ Veritates de Deo, rebusque divinis, naturali Lumine cognoſci quidem poſſint; quam pauci tamen eo pertigerint, & non niſi cum admixtione multorum Errorum; Exemplo ſunt gentes, cætera ſapientes, ſed revelatione ſcripta deſtitutæ; quæ cum cognoviſſent Deum, non autem ut Deum glorificaverunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis - - mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem Imaginis corruptibilis Hominis, &

Volu-

Volucrum, & Quadrupedum, & Serpentium. Rom. I. Erat insuper & universalis omnium pene gentium Persuasio, revelata quadam Religione Deum esse colendum. Hinc Pagani, Judæi, Mahumedani, Religionem suam revelatam esse existimant; Sacrificia, & Sacerdotes, Cæremonias &c. divinitus instituta & tradita se habere gloriantur. Porro contra communem fere generis humani Sensum, qui videtur esse Instinctus a Deo immediate inditus, aut certe a primis Parentibus a Deo illustratis, acceptus, opinari, a Stultitia aut Temeritate remotum vix esse potest.

Objic. II. Nulla primis Sæculis usque 32
ad Moysen erat Necessitas, ut revelatio in Scripturam redigeretur, quippe ab Adamo per Patriarchas ad Moysen usque propagata. Ergo & porro ita propagari, & conservari potuisset sine ope Scripturæ.

Resp. dist. Nulla erat Necessitas absoluta, & quasi metaphysica. *Conc.* Moralis, & summæ congruentiæ. *Neg.* Poterat omnino Deus, si ita placuisset, absolute alio modo providere Hominibus, quem de facto suæ Ecclesiæ providit. Olim quidem ab ADAM usque ad MOYSEN propter ipsam Vitæ Patriarcharum longævitatem facilius conservari & propagari poterat revelatio non scripta. Nam cum Adamus omnia sibi revelata, & quæcunque acciderant, filio suo *Seth* fideliter commendaverit; Hic ipse illa retulit MATHUSA-

LEMO, cui ultra trecentos Annos convixit. Hic eadem cum aliis tradidit SEMO, NOE Filio, quippe fere Centenario, cum Mathusalem mortem obpeteret. A SEM An. 2158. defuncto cuncta facile didicit ABRAHAMUS natus 2008. per sesqui Sæcula synchronus. Poterat & JACOB, ABRAHÆ ex ISAACO Nepos, An. 2168. natus colloqui SEMO utpote tunc jam Nonagenarius. A Morte LEVI, JACOBI filii, Anno 2343. usque ad Annum 2428. quo natus est MOYSES modicum est Intervallum 35. Annor. potuitque Moyses, ex Amran Patre natus, colloqui Avo suo CAATH, LEVI filio; ut adeo vix sex, aut septem Personis ex Una SETHI & HEBER familia opus fuerit ad propagandam Revelationem, rerumque præteritarum Historiam. At vero aucto deinceps in inmensum humano genere, & in orbem universum disperso, & maxime post Christum gentibus Ecclesiæ adgregatis, Ætate quoque Hominum continuo inminuta, majus periculum corrumpendæ traditionis metuendum erat, nisi revelatio per Scripturam conservata, & propagata fuissent.

53 RESOLUTIO II. Revelatio in Libris sacris scripta, nunquam interiit.

Prob. Si quando periissent illi Libri, tunc vel occasione captivitatis Babylonicæ, aut tempore persecutionis ab ANTIOCHO motæ. Quo Libros Legis combusserunt Igni, & refertur 1. Machab. I. 59. At neutro Tempore interierunt.

I. Non

I. Non tempore captivitatis Babylonicæ. Nam etſi Nabuzardan ſuccederit Templum Hioroſolymitanum, ut legitur 4. Reg. XXV. 9. & 2. Paralipom. XXXVI. 19. incredibile tamen eſt, 1.) omnia prorſus S. Scripturæ volumina, quorum plurima fuiſſe obportuit, Hieroſolymis; tantum & in ſolo Templo adſervata, & ſimul ac ſemel igne abſumta fuiſſe; cum utique in aliis tribuum regionibus Exemplaria non nulla, Populo illi tanto in pretio habita, delituerint, & vel apud Judæos in Judæa relictos 4. Reg. XXV. 22. conſervata, vel in Ægyptum, quo Pars magna fugerat, fuerint deportata.

2.) Propheta JEREMIAS Populo in captivitatem abducendo ſollicite commendavit cuſtodiam Legis 2. Machab. II. 2. „Dedit illis Legem, ne obliviſcerentur. Præcepta Domini, & ut non exerrarent mentibus, videntes Simulacra aurea & argentea, & ornamenta eorum.“ Eumque Idem Propheta, ut loc. cit. perhibetur, Tabernaculum, Arcam & Altaræ Incenſi in Spelunca abdiderit, a Machabæis poſtea reperta 2. Machab. I. 20. multo utique magis ille cum aliis Sacerdotibus ſollicitus fuerit de uno ſaltem conſervando Legis volumine,

3.) DANIEL in ipſa captivitate exſiſtens judiciariam ſecundum Legem poteſtatem exercuit Daniel XIII. 51. ſeq. & Parentes Suſannæ, cum eſſent Juſti, erudierunt filiam ſuam ſecundum Legem Moyſis ibidem. 3. Ipſe Daniel IX. 2. teſtatur, ſe Libros ſacros, præ-

ſertim

sertim Jeremiam, sub ipsa Captivitate legisse, & iterato provocat ad Libros Moysis.

4.) Sub ipsa Captivitate: Esdras paravit cor suum, ut investigaret Legem Domini, & faceret, & doceret in Israel præceptum & Judicium. 1. Esdræ VII. 10. ab Artaxerxe adpellatur: „Scriba eruditus in Sermonibus & Præceptis Domini, & cæremoniis ejus in Israel." II. 12. „mittitur, ut visitet Judæam, & Jerusalem in Lege Dei sui, quæ est in manu sua," 14. datur ei potestas, „ut secundum Sapientiam Dei sui, quæ est in manu sua, constituat Judices, & Præsides, ut judicent omni Populo, qui est trans flumen, his videlicet, qui noverunt Legem, sed & imperitos doceant libere, & omnis, qui non fecerit Legem Dei sui, & Legem Regis diligentes, Judicium erit de eo. 25. Ergo in Manu Esdræ exstabat Volumen Legis Domini."

5.) Nehemias e captivitate redux, construens Bibliothecam, congregavit de Regionibus Libros, & Prophetarum, & David. Similiter & Judas congregavit omnia, & sunt apud nos, ut legitur 2. Machab. II. 13.

54 II. Nec perierunt Libri Sacri sub persecutione Antiochi. Quamvis enim 1. Machab. I. 59. referatur: „Libros Legis Dei combusserunt (gentes) igni, scindentes eos, & apud quemcunque inveniebantur Libri Testamenti Domini, secundum edictum Regis trucidabant eum," prorsus tamen a vero abludit, codices omnes deprehensos fuisse. Ut enim

narra-

narratur ibidem III. 48. Post cædem convenerunt Machabæi in Maspha, & expanderunt Libros Legis, de quibus scrutabantur gentes, sed & qui cum MATATHIA erant, persecuti sunt filios superbiæ, & obtinuerunt Legem de Manibus Gentium, & de Manibus Regum. 1. Machab. II. 47. Dato autem, minime concesso, Libros Sacros, qui in Judæa erant, omnes sub illa persecutione perditos fuisse, non tamen perierunt illi, qui in externis Regionibus apud Judæos ubique dispersos, præsertim in Magna Bibliotheca Alexandrina, cum Versione LXXII. Interpretum adservabantur.

Objic. I. Libro IV. Esdræ XIV. 20. ESDRAS ita Deum adloquens inducitur: „Positum est ergo Sæculum in Tenebris, & qui inhabitabant in eo sine lumine, quoniam Lex tua incensa est, propter quod Nemo scit, quæ a Te facta sunt, vel quæ incipiant opera. Si enim inveni in Te gratiam, inmitte in me Spiritum S. & scribam omne, quod factum est, in Sæculo ab Initio, quæ erant in Lege tua scripta, ut possint Homines invenire Semitam.“ His verbis confisi plures SS. Patres, ut IRENÆUS III. 25. CLEMENS Alexandrinus, L. I. Stromat. TERTULLIANUS de cultu feminar. I. 3. EUSEBIUS in Chronico. Joannes CHRYSOSTOMUS Homil. VIII. in Epist. ad Hebræos. HIERONYMUS L. contra Helvidium cap. 3. THEODORETUS Præfation. in Canticum. ISIDORUS Lib. de origin. cap. I. aliique consentiunt, Babylonicæ 55

capt-

captivitatis Tempore S. Scripturæ Libros penitus interiiſſe, & ab Esdra demum divino Spiritu afflato reſtauratos fuiſſe.

Reſp. Quamvis veterum Patrum non nulli hunc Pſeudo-Esdræ Librum pro canonico habuerint; nunc tamen Judicio Eccleſiæ conſtat, apocryphum eſſe, quemadmodum & tertium, & admodum probabile CALMETO videtur, Chriſtianum aliquem ex Judaiſmo converſum pio quodam Dolo ſub Esdræ nomine hunc Librum confinxiſſe, ut ſuos contribules ad fidem facilius perduceret. Vid. *Calmeti* Diſſertatio in Lib. IV. Esdræ, & ſequentem, an Esdras Libros deperditos reſtauraverit? Porro fabula hujus Impoſtoris ſe ipſam prodit. Pergit enim Author loc. cit. 44. „Scripti ſunt autem per XL. Dies Libri CCIV. & factum eſt. Cum compleſſent quadraginta dies, locutus eſt Altiſſimus dicens: Priora, quæ ſcripſiſti, in palam pone, & legant digni, & indigni. Noviſſimos autem LXX. conſervabis, ut tradas eos ſapientibus de Populo tuo. In his enim eſt Vena Intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. Et feci ſic." Jam autem evidens eſt, tantum SS. Librorum nunquam exſtitiſſe Numerum. Libri vero illi LXX. abſconditi fabuloſis Hebræorum, maxime Cabbaliſtarum, Traditionibus anſam præbuerunt.

56 *Objic. II.* Id ſaltem credibile eſt, Iſraelitas in captivitate conſtitutos, & Chaldæis per-

permixtos, ſenſim ad eorum ſuperſtitionem deflectere, & Libros Sacros negligere cepiſſe.

Reſp. Credi id quidem de pluribus, non autem ſubponi de Univerſis poteſt, præſertim JEREMIA, EZECHIELE, DANIELE, TOBIA, MARDOCHÆO, aliisque viris probis, legis divinæ ſtudioſiſſimis.

§. II.

De SS. Librorum Inſpiratione.

Quoniam Libri Sacri non niſi revelatum 57
Dei verbum continent; a Deo ut principali Authore illos provenire neceſſum eſt, contra ac olim ſenſere Anomæi Sæculi IV. Hæretici apud S. EPIPHANIUM Hæreſi LXXVI. aſſerentes, Librorum iſtorum Scriptores aut nihil exaraſſe divino quodam inpulſu afflatos, aut Spiritum S. revelationes, inſpirationesque ſuas adcommodaſſe naturali Scribentium genio, & præconcepta opinioni etiam interdum erroneæ, nec ſpeciali eos adſiſtentia protexiſſe; ut adeo Scriptorum vitio aut oſcitantia a Deo non impedita, non nulla etiam falſa, & humana adinventionis in Libros illos irrepſerint. At vero S PAULO adfirmante 2. Tim. III. 16. „Omnis Scriptura divinitus inſpirata," & teſte S. PETRO 2. Epiſt. I. 20. „omnis Prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit, ſed Spiritu S. inſpirati locuti ſunt Sancti Dei Homines."

58 Est autem differentia quædam inter *revelationem*, *inspirationem*, *testimonium Spiritus S.* Scripto profano accedens, & specialem Spiritus S. *adsistentiam*. Vel enim Authores SS. Librorum scripserunt res prius incognitas, aut naturaliter non cognoscendas; cujusmodi sunt Mysteria, & Vaticinia; & ad hæc indigebant speciali *revelatione*, quæ est Veritatum antea incognitarum divinitus facta manifestatio. Aut scribebant res notas, vel saltem naturaliter cognoscibiles; & ad has indigebant *inspiratione*, quæ est operatio divina Intellectum, Voluntatemque scribentis ita adficiens, ut certa quædam, & non alia, hoc item determinato, non alio modo scriberet, insuper & singulari Spiritus S. *adsistentia*, seu, directione atque concursu, quo cavetur, ne Scriptor propria voluntate ad opus se accingens, falsi aliquid aut erronei proferat, sed scripti hujusmodi Deus ipse Author exsistat.

Testimonium Spiritus S. tum alicujus Scripto accedere dicitur, quando Author proprio Motu, & humana Industria opus quoddam componit, de quo dein Spiritus S. testatur, nihil in eo falsi contineri.

59 Inspiratio, seu, Veritatum prius ignotarum suggestio, variis Modis fieri potest. Ut enim ait Paulus Hebr. I. „Multifariam, multisque enim modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissime Diebus istis, locutus est nobis in filio;" qui modi referuntur

Num.

Num. XII. 6. „ Si quis fuerit inter vos Propheta, in *Visione* apparebo ei, vel per *Somnium* loquar ad illum. At non talis Servus meus Moyses; ore enim ad os loquar ei, & *palam* & non per *Ænigmata*, & *Figuras* Dominum videt." Hinc *Inspiratio* proprie dicta, est productio Idæarum incognitarum. *Exstasis*, alienatio quædam a Sensibus, ut contigit PAULO Actor. X. 10. de quo Raptu ait 2. Corinth. XII. 5. „ Scio Hominem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio Deus scit) quoniam raptus est in Paradisum, & audivit arcana verba, quæ non licet Homini loqui."

Somnia, seu, Imaginationes claræ in dormientibus a Deo excitatæ, cujusmodi erant JOSEPHI Ægyptii, & Christi Nutritii.

Alloquium, vel immediatum Dei per voces articulatas, vel mediatum, per Angelos in corpore ex aëre adsumto & vocibus efformatis loquentis.

Visiones, seu, repræsentationes rerum sensibilium, quæ vocantur ænigmata, figuræ adparentes EZECHIELI, & JOANNI in Apocalypsi, aliisque. Qua igitur ratione Libri Sacri exarati fuerint, nunc breviter dicendum.

RESOLUTIO I. Ut Libri sacri vere dici possint Verbum Dei: non sufficiebat 1.) ut Spiritus Sanctus aliqua solum dictaret, in reliquis autem genio Scriptoris, etiam errantis, sese adcommodaret *contra Anomœos*: Ne- 60

que 2.) Teſtimonium Spiritus S. humanæ Scripturæ accedens: neque 3.) ſola Spiritus S. aſſiſtentia.

Prob. Pars I. Illud dici nequit, nec eſt Verbum Dei, quod a Deo revelatum, inſpiratum, aut quoquo modo ſuggeſtum Scriptori non fuit. Sed ſecundum Anomæos non omnia in SS. Bibliis a Deo ſuggeſta fuerunt, ſi permittere voluit, ut non nulla etiam falſa, quorum æterna Veritas author eſſe nequit, iisdem admiſcerentur. Quodſi autem vel ſemel quidpiam falſi in S. Scriptura admittatur, tunc de ſingulis verbis atque Sententiis dubitari poteſt, an non hic ipſe Locus ab humano & Errori obnoxio Scriptoris genio profectus ſit: ſicque tota corrueret infallibilis Bibliorum certitudo, & ut Auguſtinus ait Lib. de Doctrina Chriſti, cap. 27. tota Scripturarum vacillaret authoritas, ideoque & fides noſtra.

61 *Prob. Pars II.* Quando Spiritus S. ſolum teſtatur, Librum humana induſtria compoſitum nihil falſi continere, nunquam dici poterit Verbum Dei, eoquod Deus illius Author non ſit, quod tamen ad S. Scripturam requiritur. Quemadmodum Liber a quodam Authore conſcriptus, & ab Ordinario Loci adprobatus, dici nequit Liber ipſius Epiſcopi, teſtantis, in eo falſi deprehenſum fuiſſe. Ergo &c.

Prob. Pars III. Si ad constituendum Verbum Dei specialis Spiritus S. adsistentia sufficeret, tunc dogmaticæ Conciliorum & Roman. Pontificum definitiones ipsummet esset Verbum Dei scriptum, & eorum scripta forent Libri canonici, seu, in canonem cum aliis inspiratis referendi, quod dici nequit; quoniam hac ratione inter Verbum Dei scriptum, & traditum, jam nulla foret differentia; quum tamen Ecclesia Definitionibus suis non condat Articulos fidei noviter revelatos, sed per Traditionem ab Apostolis acceptos, aut in Verbo Dei scripto implicite contentos solum eruat, depositi fidelis Custos & Testis. 62

Objic. I. Sunt quædam in SS. Bibliis Deo prorsus indigna: ergo ab humano Scriptore proveniunt. Num. 1.) Refertur, & commendatur Mendacium JACOBI, Matris hortatu fingentis se esse Primogenitum ESAU. 2.) Propheta OSEAS dicit, se a Deo jussum fuisse, ut concumberet cum Meretrice, ut faceret sibi Filios fornicationum. 3.) DAVID Psalm. 108. horrendas in Adversarium suum maledictiones, & inprecationes effundit. 63

Resp. ad 1. S. Augustinus multis conatur Jacobum a Mendacio defendere, quod istud omne fecerit tanquam figura Christi, qui nostris peccatis tanquam pelle Esau indutus, pro iisdemque satisfaciens Patri præsentavit merita sua, & Benedictionem electis cohæredibus suis Primogenitus ipse in multis

fructibus obtinuit. Poterat etiam JACOB primogenitum se adpellare, eo quod a fratre suo famulico Jus primogeniturae pulmento comparaverat Quodsi autem a Mendacio proprie dicto & a Peccato Jacob nulla ratione excusari posset, dico, illud solum a S. Scriptore inspirato referri historice, ut multa alia scelera, non autem adprobari.

Ad 2.) OSEAS jubetur Mulierem, quae prius erat Meretrix, legitimo sibi Matrimonio copulare, & filii ex isto Thoro nati dicuntur filii fornicationum, eoquod sint liberi Matris, quae ante Matrimonium fornicaria fuerat: OSEAS hoc Loco sustinet Personam Filii Dei, qui per Incarnationem & Passionem junctus est Naturae humanae, tot fornicationibus, quod peccatis inmunde, & Ecclesiae, ex Synagoga adultera, & gentibus adulteris congregatae. De vera fornicatione hic Sermo esse non potest; quando enim Deus, cui Jus in res omnes creatas competit, Prophetae jus tradit in corpus Mulieris; tunc ille concubitus, utpote Jure factus, non amplius fornicarius, sed legitimus est, atque honestus. Quod autem dicitur cap. 3. „Adhuc vade, & dilige mulierem dilectam amico (viro) & adulteram.“ Non jubetur adulteram ducere in Uxorem, sed conducere in Ancillam, quippe ob Adulterium a Viro suo dimissam; ait enim, se eam emisse, seu, conduxisse, quindecim argenteis & sesqui Coro hordei. Legantur in hunc locum Interpretes.

Ad 3.) Aut David loquitur nomine Dei, qui quamvis nolit Mortem Peccatoris, ſed magis ut convertatur, & vivat, Jus tamen habet maledicendi, & ulciſcendi inpœnitentes; quam vindictam inminentem Propheta prænuntiat; videturque hæc vaticinium eſſe de JUDA proditore, ut authentice expoſuit S. PETRUS Actor. I. 20. obſervat etiam S. BASILIUS in Regulis brevioribus, Interrogatione 251. Imperativum in S. Scriptura frequenter Uſurpari pro Vaticinandi modo.

Objic. II. Reperiuntur etiam quædam Levia in Bibliis Majeſtate Dei indigna, quæ aptius refunduntur in Scriptoris Ingenium. Sic Tob. XI. legitur, „præcurrit canis, & quaſi Nuntius adveniens blandimento ſuæ caudæ gaudebat;" & PAULUS 2. Tim. IV. 11. ſeq. „Lucas eſt mecum ſolus. Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum." 64

Reſp. I. In Verbo Dei nihil leve aut vile dici poteſt, eoquod juxta Mentem SS. Patrum omnia plena ſint ſenſibus, qui tamen nos frequenter latent; aut illa ſaltem ſerviunt ad exprimendas circumſtantias facti hiſtorici. Ita S. HIERONYMUS PAULINUM monet: „Nolo offendaris in Scripturis Sanctis ſimplicitate & quaſi vilitate Verborum, quæ vel vitio Interpretum, vel de Induſtria ſic prolata ſunt, ut ruſticam concionem facilius inſtruerent, & in una eademque ſententia aliter

aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non ſum tam petulans & hebes, ut hæc me noſſe pollicear, & eorum fructus capere, quorum Radices in cœlo fixæ ſunt, ſed velle fateor."

Reſp. II. Illa, quæ nobis levia videntur, ideo forte addita fuerunt, ut humana confundantur Sapientia, ut fides noſtra non ſit in Sapientia Hominum, ſed in virtute Dei. 1. Cor. II. 5. & ut ſimus in captivitatem redigentes omnem Intellectum in obſequium fidei 1. Cor. X. 5.

65 RESOLUTIO II. Veritates prius incognitæ, præſertim ſupernaturales, Scriptoribus ſacris ſpecialiter revelari debebant. 2.) Ad eas autem, quæ jam notæ erant, ſcribendas, indigebant peculiari inſpiratione. 3.) Et ſingulari Spiritus S. aſſiſtentia.

Prob. Pars I. Veritates in Libris SS. contentæ, præſertim Fidei Dogmata, Myſteria, ac Vaticinia, ad finem Hominis ſupernaturalem ordinata, quoniam Lumine naturali inveſtigari nequeunt, ex auditu h. e. ex alterius inſtructione, vel Revelatione inmediata & extraordinaria haberi debent. Igitur veritatum iſtarum Notitia, quas Scriptores SS. mediate, non prius ab alio inſtructo edocti fuerant, illis inmediate revelari debuit.

66 *Prob. Pars II.* Ut quis dici queat Author Libri per amanuenſem conſcripti, aut Sermonis per Interpretem prolati, ille non modo

 Scri-

Scribam vel Interpretem movere debet ad proferenda jam prius cognita, sed ipsi dictare & suggerere singula. Quum igitur Deus, qui locutus est per os Sanctorum, qui a sæculo sunt, Prophetarum ejus, sit Author S. Scripturæ; ipsi autem Scriptores non nisi Instrumenta fuerint animata Dei, secundum illud Psalmi 42. Lingua mea Calamus Scribæ velociter Scribentis: indigebant peculiari inspiratione: Secus aut omnia, quæ scribenda fuerant, eorum non occurissent Memoriæ, aut alia facile occurissent, quæ scribi tamen non oportebat. Ergo ut adsit Certitudo omnem Scripturam genuinum & purum Dei Verbum esse, debeant Res etiam cognitæ denuo inspirari, voluntas ad fideliter scribendum moveri, & dirigi Memoria, atque Manus, ne unum pro alio e calamo flueret. Sic eorum, quæ Christus fecit & docuit tanta erat copia, ut teste S. JOANNE Evangelista, Teste a visu & auditu ut si scriberentur per singula, nec ipse Mundus capere posset eos, qui scribendi forent Libros. Joan. Ult. „ Multa quidem & alia Signa fecit Jesus, quæ non sunt scripta in Libro hoc" sed selectu per ipsum Deum suggesto, „ hoc inquit, scripta sunt, ut credatis. Quia Jesus est Christus filius Dei, & ut credentes Vitam habeatis in Nomine ejus." Joan. XX. 30. Inde etiam colligitur Necessitas singularis insuper assistentiæ Spiritus S. sine qua aut ex oblivione, inadvertentia, vel oscitantia & nativa Hominis fragilitate facile Error irrepere

 potuis-

potuiſſet, niſi Scriptor continuo protectione præmunitus fuiſſet, eo fere modo, quo Magiſter Manum diſcipuli ſollicite ducit, ne vel minima Lineola a recto aberret, & Litteram reddet informem.

67 *Objic. I.* Scriptores ſacri ipſimet profitentur, ſe non ſingula ſcripſiſſe ex Revelatione, ſed quæ vel ipſi viderant, aut aliorum relatione didicerant. Sic JOANNES 1. Epiſtola cap. I. ait: „Quod fuit ab Initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ - - quod vidimus & audivimus, & annuntiamus vobis." Et LUCAS inquit cap. I. Evangelii: „Sicut tradiderunt nobis, qui ab Initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt Sermonis, viſum eſt & mihi aſſecuto omnia a principio diligenter ex ordine ſcribere."

Reſp. Non indigebant quidem nova revelatione eorum, quæ jam noverant, ſpeciali tamen inſpiratione, ut illa ipſa, & non alia ſcriberent. Ex N. præced.

68 *Objic. II.* De Matrimonio junctis ait Paulus 1. Cor. VII. 12. „Ego dico, non Dominus - - fidelis non dimittat uxorem infidelem." Et de Virginibus: „Præceptum Domini non habeo, conſilium autem do." Igitur hujusmodi Præceptum & conſilium ipſi non fuerat inſpiratum.

Reſp. S. Paulus duplicis generis Præcepta diſtinguit 1. divina ab ipſo Chriſto data. 2. Apoſtolico-humana, quæ tamen & illis a Deo inſpirata & S. Litteris inſerenda fuerant: De conſilio autem addit. Puto, quod & ego Spiritum Dei habeam, qui hoc ſuggeſſit conſilium.

Objic. III. Non nulli Scriptores ſacri fa- 69
tentur, humano ſe ſolum ſtudio ad ſcribendum acceſſiſſe, & Errati, ſi quod forte irrepſerit, atque Styli non ſat elegantis Veniam a Lectore flagitant. Sic Author Libri 2. Machabæorum cap. II. ait ſe adſumſiſſe *opus plenum vigiliarum & laboris.* Et cap. ult. veniam petit: „ Ego quoque in his finem faciam Sermonis, ſi quidem bene, hoc & ipſe velim, ſi autem minus digne ſcripſi: concedendum eſt mihi. " Pariter Interpres Eccleſiaſtici in Prologo 5. „ Hortor itaque vos (Lectores) cum Benevolentia & attentiori Studio Lectionem facere, & Veniam habere in illis, in quibus videmur deficere in Verborum compoſitione. "

Reſp. Etiamſi Author Lib. Machab. Hiſtoriam ſuam ex Jasone Cyreneo abbreviaverit, potuit tamen hoc facere Spiritu S. dictante, ut eam nova inſpiratione diſceret, & quæ ſeligenda erant, eodem inſpirante ſeligeret, & verbis, quæ Spiritus S. ſuggeſſerat, conſcriberet. Forte autem tempore ſuſcepti Laboris non dum ſcivit, ſe inſpiratum

hæc ſcribere; aut ſi ſcivit, conatum tamen ſuum adhibere voluit, & uti Stylo, qui Dei Majeſtatem deceat. Nam Inſpiratio Spiritus ſancti, ut advertunt Theologi Lovanienſes in Juſtificatione cenſuræ Propoſitionum *Leſſii*, non excludit quærendi, legendi, meditandi, aut ordinandi Sermonis curam ac ſtudium, non magis quam orationis, & Jejunii: Quemadmodum enim poſt preces, ac præmiſſum Jejunium, ita & poſt Meditationis laborem atque Induſtriam, poteſt Spiritus S. & rem, quam ſcribi vult, etiam prius non ignoratam, & Sermonis ſtructuram ac ordinem ſuggerere: Id, quod non Hiſtoricis tantum Sacris, ſed Prophetis etiam evenire interdum potuit. Neque enim iſti inter ſcribendum tunc demum Myſteriorum ac futurorum ſemper revelationem accipiebant; cum de multis certum ſit, revelationem ſcriptione anteriorem fuiſſe. Certe in extaſi, & raptu poſiti, non ſimul ea, quæ videbant, in Litteras mittere poterant. In his ergo poſtea deſcribendis, cur non ut in cæteris rebus, Senſus experientia, aut Lectione præcognitis, humanæ induſtriæ Locus aliquis relinqui potuit? poſtea tamen præmiſſo Meditationis labore inter ſcribendum Spiritu S. ſuggerente, quænam horum, & quomodo ſcribi vellet. Styli quod ſpectat diverſitatem, cujus veniam petunt Scriptores, voluit Spiritus S. ſe genio ſcribentis adcommodare; modo intentus ab eodem Senſus exprimeretur. Sublimior eſt Oratio Isaiæ, in Aula educati: Infe-

Inferior Amos Prophetæ Paſtoris. Etſi uterque inſpiratus ſcripſerit: Scriptores enim a Deo afflati, erant velut quædam organa. Ut autem diverſæ Fiſtulæ, eodem licet Spiritu inflatæ, aliæ acutum, aliæ graviorem ſonum reddunt; Ita non mirum, eandem non omnium Authorum etiam inſpiratorum dictionem eſſe; voluit quippe Deus Arcano Sapientiæ ſuæ Conſilio, ad ſcribendum Eloquia ſua, nativa cujusque Indole uti, atque diverſos Inſtrumentum ſonos in pulcherrimam quamdam Harmoniam miſcere.

RESOLUTIO III. Non integer ſolum 70
Senſus, & Sententiæ, ſed ſingula etiam Verba, & Litteræ, quatenus ad ſenſum a Spiritu S. intentum ſerviunt, aut Myſterium aliquod continent, SS. Scriptoribus in lingua originali a Deo inſpirata fuerunt, ut Patres & Theologi communius ſentiunt.

Prob. I. Scriptura Sacra non modo conſtat ſententiis, ſed hæ ipſæ componuntur ex verbis & litteris, quarum tam ſingularis Deo cura eſt, ut Christus de V. T. cum Jure jurando aſſeveret Matth. V. 18. „ Amen dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, Jota unum, aut unus Apex non præteribit a Lege, donec omnia fiant.“ Ut ergo vere dici poſſit, *omnis Scriptura divinitus inſpirata*, ſingula verba & litteræ eam componentes inſpiratæ eſſe debent. Deus ipſe Jeremiæ dicit I. 9. „ Ecce dedi verba mea in ore tuo.“

Et

Et Christus ad Apostolos Matth. X. 20. „ Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. " Quodsi autem scriptor non nulla de suo adderet, nec uteretur verbis a Deo suggestis; dici non posset, 2. Petri I. 20. „ Spiritu S. inspirati locuti sunt sancti Dei Homines, " sed Prophetia Scripturæ Propria interpretatione fieret.

71 *Prob. II.* Communis ista est Mens SS. PP. S. Basilius M. Homil. X. in Hæxemeron. „ Intolerandam prorsus & gravem adpellat Blasphemiam, si quis vel verbum afferat in scriptura inveniri otiosum. " S. Joannes Chrysostomus Homil. XXI. in Genes. „ Ego vos omnes obsecro, inquit, ne simpliciter ea, quæ in scripturis contenta sunt, transeatis. Nihil enim hic scriptum est, quod non multas sensuum habeat divitias. - - Neque enim vel syllaba, vel apiculus est in SS. Litteris, in cujus profundo non sit grandis quipiam Thesaurus. " S. Hieronymus in cap. 3. ad Ephes. „ Singuli Sermones, Syllabæ, Apices, Puncta, in divinis Scripturis plena sunt sensibus. " S. Gregorius M. Præfat. in Libros Moral. cap. de Authore Libri Job ait: „ Sed quis hæc scripserit, valde supervacue Quæritur, cum tamen Auctor Libri Spiritus S. fideliter credatur. Ipse igitur hæc scripsit, qui hæc scribenda dictavit; Ille scripsit, qui & illius Operis inspirator exstitit, & per scribentis vocem imitanda ad nos ejus facta transmisit.

miſit. Si magni cujusdam Viri Epiſtolis ſuſceptis legeremus verba, eaque quo calamo ſcripta fuiſſent quæreremus; ridiculum profecto eſſet, ſi non Epiſtolarum & Authorem ſcire, ſenſumque cognoſcere, ſed quali calamo earum verba impreſſa fuerint, indagare ſtuderemus. Cum ergo rem cognoſcimus, ejusque rei Spiritum S. Authorem teneremus: quando Scriptorem quærimus, quid aliud agimus, niſi legentes litteras de calamo perſcrutamur." His verbis manifeſte ſubponitur, Hagiographos non niſi amanuenſes fuiſſe, qui ſingula verba a Spiritu S. dictata fideli calamo expreſſerunt. Et ob iſtum concordem fere SS. Patrum conſenſum Theologi Lovanienſes ac Duacenſes tres Leonardi *Leſſii* Propoſitiones Anno 1588. atro carbone notarunt.

„ 1. Ut aliquid ſit Scripturæ, non eſt neceſſarium, ſingula ejus Verba inſpirata eſſe a Spiritu S.

2. Non eſt neceſſarium, ut ſingulæ Veritates, & Sententiæ ſint inmediate a Spiritu Sancto ipſis Scriptoribus inſpiratæ.

3. Liber aliquis (qualis forte ſecundus Machabæorum) ſolum humana Induſtria ſine aſſiſtentia Spiritus S. ſcriptus, ſi Spiritus S. teſtetur, ibi nihil eſſe falſum, efficitur S. Scriptura."

Prob. III. Ratione I. Scriptura S. debet eſſe purum Verbum Dei, ab eodem Authore profectum. Quodſi vero non foret 72

inſpi-

inſpiratam quoad ſingula verba, quatenus ad ſenſum a Spiritu S. intentum ſerviunt, jam non eſſet purum Verbum Dei, ſed eidem quoque admixtum foret Verbum Hominis, & ſic contra 2. Petri I. 21. „ voluntate humana allata eſſet aliquando Prophetia, nec Spiritu ſancto inſpirati locuti fuiſſent ſancti Dei Homines. "

II. Si Scriptura ſacra inſpirata fuiſſet ſolum quoad Myſteria & res gravioris, non etiam Levioris Momenti, tunc de nullius Textus divina authoritate haberemus certitudinem, nec firmum contra Adverſantes Argumentum inde deſumi poſſet; quia de quolibet poſſet moveri dubium, an hoc verbum eſſet inſpiratum a Deo, vel ab Homine ſolo profectum, & quæ alicui gravia videntur, alter pro Levioris Momenti rebus reſpicere poſſet. Sic autem tota corrueret Sacræ Scripturæ Authoritas.

73 *Objic. I.* S. PAULUS 2. Cor. XI. 6. fatetur ſe inperitum Sermone, non autem Scientia, & S. HIERONYMUS Epiſtola ad Algaſiam Quæſt. 10. affirmat, Paulum id non ex humilitate, ſed de Conſcientiæ Veritate dixiſſe. Hic autem imperitus ſermo non utique a Spiritu S. eidem inſpiratus eſſe potuit.

Reſp. Vult dicere PAULUS ſe non affectare profanæ Eloquentiæ Pompom in perſuaſibilibus humanæ Sapientiæ Verbis, ſed in oſten-

ostensione Spiritus & Virtutis. 1. Cor. II. 4. Quo tamen non obstante S. HIERONYMUS eundem adpellat Eloquentiæ flumen, non quantum ad ornatum, sed quoad Vim & Efficaciam persuadendi. Epist. ad Pamachium. Et idem *Hieronymus*, „ ad Rufinum scribens profitetur, quotiescunque hanc legeret, videbatur sibi non verba audire, sed Tonitrua." Pariter S. AUGUSTINUS de doctrina Christ. IV. 7. ait: „ Sicut Apostolum Præcepta Eloquentiæ secutum fuisse non dicimus, ita quod ejus Sapientiam secuta sit Eloquentia, non negamus."

Objic. II. SS. Evangelistæ: „ ut quique 74
meminerat, & ut cuique cordi erat, per brevius, & prolixius, eandem tamen explicabant Sententiam, ut ait S. AUGUSTINUS de consensu Evangelistarum cap. 12. & S. ABOGARDUS Lib. contra Fredegisum multis probat, SS. Scriptoribus non singula verba a Spiritu S. inspirata fuisse.

Resp. Quum in Resolutione solum dicatur, Verba, & Litteras inspiratas fuisse, quatenus ad sensum a Spiritu S. intentum faciunt, aut Mysterium quoddam continent; hinc facile admitto, sicubi Verbis aut Litteris synonimis ac æqui pollentibus idem sensus obtineri potuit: arbitrio Scriptorum permissum fuisse, hoc, illove uti vellent.

Objic. III. Plures PP. DIONYSIUS Ale- 75
xandrinus, ORIGENES, BASILIUS, GREGO-

RIUS

rius Nazianz. Hieronymus afferunt, Barbarifmos & Errores grammaticales in S. Scripturis reperiri, non utique a Spiritu fancto infpiratos.

Refp. Inde fequeretur nimium. SS. Scriptores nequidem peculiari Spiritus S. adfiftentia protectos fuiffe; quod inprobabile videtur. Si qui ergo ejusmodi Nævi in Exemplaria transfumta, & Verfiones irrepferunt, id ofcientiæ Amanuenfium aut Interpretis tribuendum eft, nec inde fequitur eos in ipfis originalibus exftitiffe. Fieri quoque potuit, ut Idiotifmos Phrafes, aut peculiares loquendi modos. Non Nemo pro Barbarifmis habuerit, quales tamen minime erant.

76 *Objic. IV.* Allegantur etiam in S. Scriptura Authorum profanorum & Poëtarum verba, certe non a Spiritu S. infpirata, nifi & ipfi Authores infpirati Dici debeant. Sic Paulus in Areopago Actor. XVII. citat illud Arati Poëtæ: Ipfius enim, & genus fumus. Et ad Tit. I. 12. illud Epimenidis Cretenfis Philofophi: „ Cretenfes femper mendaces, malæ Beftiæ, Ventres pigri. "

Refp. Non hæc Verba Authoribus profanis, nec quatenus profana, Scriptoribus SS. infpirata fuerunt, fed quatenus a Spiritu S. elevata, & ad certum Finem ac fenfum ordinata, ut gentiles ex propriis fuis fcriptis ad Veritatis agnitionem perduci, & ob Vitia fua redargui poffent.

Objic.

Objic. V. Verſiones S. Scripturæ in alias 77
Linguas. v. g. *Vulgata Latina*, pro vera Scriptura S. habenda eſt, etſi ſingula illius Verba, Verborumque Diſpoſito a Spiritu S. Interpreti inſpirata non fuerint, ſed Ipſus illa Verba proprio Marte ſelegerit, quæ ex Scientia naturaliter adquiſita præ reliquis idonea reputabat ad genuinum reddendum ſenſum Textus originalis. Ergo &c.

Reſp. Quod de immediata ſingulorum Verborum inſpiratione dictum fuit; de *Textu* ſolum *originali*, ut in Reſolutione notatur, intelligendum eſt. Ne autem deperditis Libris autographis, ſeu, originalibus Verbo Dei ſcripto genuino careret Eccleſia, Dei providentiæ intererat, ita Interpreti aſſiſteret, ut Verſio originalis quoad ſenſum primo intentum omnino reſponderet. Porro hujusmodi Verſionem eſſe Vulgatam Latinam, Eccleſiæ Judicio, cui Deus aſſiſtentiam perpetuam adpromiſit. Et in neceſſariis negare nequit, certi de facto ſumus.

Solent præterea obponi varia ad ſpeciem ſaltem contradictoria, quæ in ſacris Scripturis occurrunt: ſed hæc invicem conciliandi, Interpretum curæ ac labori relinquere neceſſum eſt.

§. III.

De Canone S. Scripturæ.

78 Vox græca *Canon* duplici ſignificatione uſurpatur: 1.) pro Regula, ſeu, Norma, quo ſenſu leges Eccleſiaſticæ vocantur Canones, tanquam Regulæ & Normæ vivendi: hinc etiam nomen canonicorum. 2.) Pro Catalogo, ſeu, rerum quarundam numero: quo ſenſu uſurpatur in Concilio Laodiceno cap. 24. pro Catalogo Clericorum: utraque ſignificatio S. Scripturæ Libris convenit; ſunt enim Regula perfectiſſima, & amuſſis vivendi, & inſuper jam ab antiquiſſimis temporibus exſtat Catalogus, ſeu, ut loquitur Trident. Concil. Judex SS. Librorum, qui pro divinis habiti, & in Canone deſcripti, propterea *canonici* vocantur, ad diſtinctionem a Libris *apocryphis*, id eſt, abſconditis, ſeu, occultis, qui videlicet pro verbo Dei non agniti unanimi Eccleſiæ Calculo e canone excluſi, & fidelium oculis quaſi occultati fuerunt. Libri canonici iterum ſunt duplicis claſſis; *Protocanonici*, ſeu primo canonici, qui mox ab initio & ſine ulla controverſia ſemper pro divinis Scripturis habiti fuerunt, inter eos eſt e. g. Geneſis &c. 2. *Deuterocanonici*, ſeu, ſecundi ordinis, qui quidem in veneratione Eccleſiæ ſemper fuerunt, de eorum tamen divina authoritate aliquando dubitatum fuit, eoque nec ab omnibus, nec ſemper pro ſacris Scripturis agniti, donec tandem

tandem unanimi Eccleſiæ conſenſu in Canonem recepti, & tanquam canonici Libri declarati fuerint.

Canon aliquis SS. Librorum jam apud 79
Judæos exſtitit. Cujus Author communiter habetur ESDRAS, qui cum videret, ſacros Codices tempore Captivitatis Babylonicæ paſſim diſpergi, & diſtrahi, eorum integritati & Perpetuæ conſervationi conſulere volens, in unum eos Volumen redigere, & a Mendis, qui forte per Amanuenſium incuriam irrepſerant, purgare cœpit. Divino inſtinctu id illum fuiſſe plerisque videtur; Cum enim ſoluta per Cyrum captivitate Populus Hieroſolymam rediret, & Templum reſtauratum, atque dedicatum fuiſſet, Esdras, ut refertur I. Esdræ VII. 10. „ Paravit cor ſuum, ut inveſtigaret Legem Domini, & faceret, & doceret in Iſrael præceptum, & Judicium. " Conſequenter prima ipſi cura fuit ſacros Libros in ordinem redigere, & num Errores forte quidam irrepſiſſent, Exemplarium plurium Collatione recognoſcere, & ſicubi oportebat, repurgare. In hoc quoque Judæi, aliique paſſim conſentiunt, ESDRAM in hoc negotio conſilio etiam uſum fuiſſe Synedrii, ſeu, Synagogæ magnæ, quod erat Concilium, ſeu, Congregatio graviſſimorum Virorum, Principum, & Sacerdotum, idque ea ratione factum putant, ut Judæi longe lateque per orbem diſperſi eo facilius in canonis receptionem conſentirent, ſi ſcirent, communi

Seniorum Conſilio & Authoritate eum fuiſſe confectum.

80 Itaque nec ante Esdram exſtitiſſe certum quemdam Canonem, ſed ab eodem clauſum fuiſſe, ita, ut poſtea nullum eidem Librum addiderint Judæi, plerique exiſtimant fulti Authoritate Josephi Lib. I. Contra Appionem id diſerte affirmantis, qui etiam ibidem aſſerit, nec plures, nec pauciores, ſed Viginti duos Libros in Canone Judæorum fuiſſe comprehenſos, quos in tres Claſſes dividit. *Primam* conſtituunt Libri V. Moyſis, qui vocantur Pentateuchus: Id eſt 1. Geneſis. 2. Exodus. 3. Leviticus. 4. Numeri. 5. Deuteronomium. In *ſecunda* Claſſe ponit tredecim Libros Prophetarum, ubi etiam comprehenduntur Libri Hiſtorici, nimirum: 6. Joſue. 7. Judices & Ruth. 8. Libri Samuelis, id eſt, I. & II. Regum. 9. Libri Regum, nempe III. & IV. 10. Libri Paralipomenon I. & II. 11. Esdræ I. & II. 12. Eſther. 13. Daniel. 14. Threni, ſeu Lamentationes Jeremiæ. 15. Iſaias. 16. Jeremias. 17. Ezechiel. 18. Prophetæ XII. minores dicti. In *tertiam* rejicit quatuor Libros Hymnorum, id eſt: 19. Pſalterium. 20. Job. 21. Proverbia. 22. Cantica Canticorum, & Eccleſiaſtes. Ex quo patet, Libros Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, & duos Machabæorum, non fuiſſe Canoni Judæorum inſertos, cum tamen Libros Judith & Tobiæ captivitate nondum ſoluta fuiſſe conſcriptos, veriſimile videatur: ſi enim

Libri

Libri mox recenſiti in Canone Hebræorum exſtitiſſent, tunc primitiva Eccleſia eos ſimul cum aliis prioribus haud dubie unanimiter recepiſſet: at contrarium contigiſſe conſtat, cum de eorum authoritate ſæpius fuerit dubitatum, & Deuterocanonici adhuc hodie dicantur.

Hactenus de Canone Judæorum: videndum jam de Canone Catholicorum cum veteri tum hodierno. Et quidem quod primitivam Eccleſiam attinet: Illa ex veteri Teſtamento omnes illos pro Canonicis ſine controverſia agnovit, qui in Canone Hebræorum deſcripti erant, qui & propterea dicuntur Protocanonici. Ubi tamen excipiendi ſunt primo Liber *Eſther*, quem MELITO Sardienſis, ATHANASIUS, & GREGORIUS Nazianzenus, apud *Juenin*, inter canonicos non numerarunt. Alii poſtrema VII. ejusdem Libri Capita pro divinis non agnoverunt, quos inter fuit D. HIERONYMUS, & ante Concilium Tridentinum Nicol. LYRANUS, DIONYSIUS Carthuſian. Card. CAJETANUS, & poſt Concilium SIXTUS Senenſis. Secundo, Liber *Baruch*, quem HIERONYMUS pro Canonico non habuit. Tertio, in Libro Danielis, Hymnus 3. Puerorum, Hiſtoria Suſannæ cap. 13. & Hiſtoria Draconis cap. 14. ab Hebræis non agnoſcebantur. Quarto, idem dicendum de Libris Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Machabæorum, utpote Canoni Judæorum nunquam inſertis. 81

82 Quod Canonem Novi Teſtamenti attinet, Protocanonici ſemper, & ab omnibus habiti fuere ſequentes Libri. IV. Evangelia, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis: Acta Apoſtolorum. XIII. Epiſtolæ S. Pauli, excepta ea, quæ eſt ad Hebræos. Epiſtola Petri I. & Joannis I. Econtra dubitabatur olim etiam a Catholicis de Capite ultimo Evangelii S. Marci. 2. De Sudore ſanguineo Chriſti in horto, quem refert S. Lucas Evangeliſta. Epiſtola XXII. 3. De Hiſtoria Mulieris adultera apud Joannem cap. 8. 4. De Epiſtola B. Pauli ad Hebræos. 5. De Epiſtola Petri II. 6. De II. & III. Epiſtola S. Joannis. Immo in Epiſtola I. cap. I. quidam contendunt dubitatum fuiſſe de illo Verſu: „Tres ſunt, qui Teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum ſunt." 7. De Epiſtola Jacobi. 8. De Epiſtola Judæ. 9. De Apocalypſi, qui propterea Deuterocanonici adpellantur.

83 Ut vero omnis dubitatio tolleretur, Tridentinum denique Concilium omnes Libros non ſolum, qui quondam in Canone Hebræorum erant, ſed & Novi Teſtamenti tam Proto- quam Deuterocanonicos pro authenticis & genuinis divinæ Scripturæ Libris quoad omnes ſuas Partes declaravit. Imo & Anathema in eum tulit, ſeſſ. 4. Qui Libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri Vulgata Editione habentur, pro Sacris

& Ca-

& Canonicis non susceperit. Non est vero Canon Sacræ Scripturæ noviter primum a Concilio Tridentino confectus, aut inventus: Præierant dudum Concilia, & Romanorum Pontificum decreta, & primo quidem Concilium NICÆNUM I. Canonem quemdam condidit, qui tamen periit, non nisi fragmento superstite apud S. HIERONYMUM in Præfatione ad Judith. Subsecutum est Concilium LAODICENUM Anno 372. vel juxta aliquos Anno 320. in Phrygia celebratum, quod præter XXII. Libros V. T. in Canone Judæorum recensitis (n. 80.) quatuor Evangelia, Actus Apostolorum, Epist. Pauli XIV. & VII. Catholicas, tanquam Libros divinos in auctoritatem recipi debere statuit. Deinde Concilium CARTHAGINENSE III. Anno 397. Canoni Judæorum addidit Libros Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Ecclesiastici, & Machabæorum II. insuper in N. T. Apocalypsin. 3. Canonem confecit INNOCENTIUS I. R. P. in Epistola ad Exsuperium Episc. Tolosanum Anno 405. Ubi eosdem Libros, ut Concilium CARTHAGINENSE III. recenset. 4. Canon conditus, & Prior confirmatus est in Concilio ROMANO sub GELASIO I. Anno 494. qui etiam fuit renovatus ab EUGENIO IV. in Decreto Instructionis ad Armenos ut adeo Concilium TRIDENTINUM non nisi Traditionem antiquissimam Ecclesiæ fuerit secutum, nihil quo omnino innovaverit.

84 Porro Ordinem, & Numerum SS. Librorum, in ipsis SS. Bibliis Vulgatæ Editionis facile reperire est. Pro juvanda tamen Memoria in IV. Classes dividi solent I. Legales. II. Historicos. III. Sapientiales. IV. Propheticos, uti Exhibet Schema primum, ubi Libri *Cursivis* Litteris expressi designant deuterocanonicos, Protestantibus Apocryphos dictos. Schema alterum exhibet Libros secundum ordinem Vulgatæ positos Versiculos aliquot illigatos, & Memoria facilius retinendos. Quoniam vero non eo ordine, quo ab Authoribus suis scripti fuerunt, in Bibliis comprehenduntur; hinc addidi Schema tertium, sistens ordinem temporis, circa quod vel Authores ipsi exstiterunt, aut Libri ipsi probabiliter conscripti fuerunt.

CANON VETERIS TESTAMENTI.

V. Legales.

Genesis. Exodus. Leviticus. Numeri. Deuteronomium.

XVII. Historici.

Josue. Judices. Ruth. Libri IV. Regum. Lib. II. Paralipomenon. Libri II. Esdræ. *Tobias. Judith.* Esther. Job. *Libri II. Machabæorum.*

V. Sa-

V. Sapientiales.

Proverbia. Ecclesiastes. Cantica Canticorum. *Sapientia. Ecclesiasticus.*

XVII. Prophetici.

Psalterium Davidis. Isaias. Jeremias & Threni. *Baruch.* Ezechiel. Daniel. XII. Prophetæ minores.

CANON NOVI TESTAMENTI.

IV. Legales.

Evangelia SS. Matthæi. Marci. Lucæ. Joannis.

I. Historicus.

Acta Apostolorum.

XXI. Sapientiales.

Epistolæ S. Pauli ad Romanos. Duæ ad Corinth. Ad Galat. Ephesios. Philippenses. Colossenses. Duæ ad Thessalonicenses. Duæ ad Timotheum. Ad Titum. Philemonem. Ad *Hebræos. Epist. S. Jacobi.* S. Petri Prima, *secunda.* S. Joannis prima, *secunda*, & *tertia. Judæ.*

I. Propheticus.

Apocalypsis.

SCHEMA ALTERUM,

Exhibens Libros S. Scripturæ juxta ordinem Versiones Vulgatæ, memoriæ inprimendos.

VETUS TESTAMENTUM.

dus. *ticus.*
Genesis. Exo Levi Numerorum. Deu-
um.
teronomi
IV. II.
Post Josue. Judicum. Ruth. Regum. Para-
omenon. II.
lip Esdræ.
Psalterium.
Tobias. *Judith* Esther. Job. Carmina David.
ia. *siastes.* *Cant. Canticorum.*
Proverb Eccle Canit
Ecclesiasticus.
Sapientia. Dogmata Sirach.
ias. *ias.* *el.*
Isa Jerem Threni. *Baruch.* Ezechi
as.
Daniel. Ose
as. *s.*
Joel. Amos. Abdi Jonas. Michæa Na-
chumque
cuc. *ias.* *us.* *as.*
Haba Saphon Aggæ Zachari
us. *II.*
Malach *Machabæi.*

TESTA-

TESTAMENTUM NOVUM.

Apostolorum.
Matthæus. Marcus. Lucas. Joannes & Acta
Ad *nos.* *II.* *ios.* *os.*
Roma Corinth Galatas. Ephesi
nses. *ses.*
Philippe Colossen
nicenses. *II.*
Thessalo Timotheum. Titum. Phile-
em.
mon Hebræos.
II. *III.*
Jacobus. Petrus. Joannes. Judas. Apo-
ipsis.
cal

SCHE-

SCHEMA TERTIUM.

Siſtens Ordinem chronologicum Librorum S. Scripturæ Veteris Teſtamenti.

Circa A.M.	
2512.	Liber Job, probabiliter ſcriptus a Moyſe.
2513.	Geneſis a Moyſe ad Montem Sinai.
2514.	Exodus ibidem.
- - -	Levitus ibidem.
2552.	Numerorum Liber in Campo Moabitarum.
- - -	Deuteronimium, ibidem.
	Tribuitur etiam Moyſi Pſalmus LXXXIX.
2569.	Joſue in Canaan.
2931.	Liber Judicum.
2950.	Liber Ruth.
- - -	Primus Regum, alias Samuelis.
2957.	Pſalmi quidam Davidis.
2990.	Liber ſecundus Regum, ſeu Samuelis.
2991.	Canticum Canticorum Salomonis.
3020.	Proverbia Salomonis.
3030.	Eccleſiaſtes.
3124.	Liber tertius Regum, alias primus.
3203.	Jonas.
3223.	Amos.
3224.	Oſeas.
3256.	Iſaias.

3256. Li-

Circa A.M.	
3256.	Liber Judith ad hæc tempore a non nullis refertur.
3279.	Michæas.
3300.	Liber Tobiæ.
3321.	Nahum.
3393.	Jeremias.
	Baruch.
3397.	Habacuc.
3410.	Joël.
3410.	Sophonias.
3429.	Daniel.
3428.	Ezechiel.
3436.	Abdias.
3461.	Liber quartus Regum, alias secundus.
3485.	Liber I. Paralipomenon, alias Chronicorum I.
3498.	Liber Esther.
3502.	Aggæus.
- - -	Zacharias.
- - -	Lib II. Paralipomenon, alias Chronicorum II.
3534.	Lib I. Esdræ.
3526.	Malachias.
3626.	Liber II. Esdræ, alias Nehemiæ.
3800.	Ecclesiasticus.
3825.	Sapientia.
3899.	Liber II. Machabæorum.
3921.	Liber I. Machabæorum.

Ordo

Ordo Chronologicus Librorum Novi Teſtamenti.

Secundum conjecturam Bernardi LAMY.

Circa A. C.	
39.	S. Matthæi Evangelium.
43.	S. Marci Evangelium.
52.	S. Petri Epiſtola I.
- -	S. Pauli ad Theſſalonicenſes I.
	Paulo poſt ejusdem ad illos II.
56.	Ad Galatas.
- -	S. Lucæ Evangelium.
57.	Ad Corinthios I. & II.
- -	Ad Romanos.
62.	Ad Philippenſes, Coloſſenſes, Epheſios, Hebræos.
63.	S. Lucæ Acta Apoſtolorum.
66.	S. Pauli Epiſt. ad Timotheum I. & II. ad Titum.
- -	S. Petri Epiſtola II.
	Jacobi, & Judæ Tempus incertum eſt.
94.	Apocalypſis S. Joannis.
96.	S. Joannis Evangelium.
	Ejusdem Epiſtolæ tres usque ad Annum.
98.	Quo creditur vita ſanctæ defunctus.

Iſto

Iſto igitur Canone catholica Eccleſia uti- 85
tur, quem quoad Novum ſaltem Teſtamentum a JOANNE Apoſtolo, qui Scriptores omnes Vitæ longævitate ſuperavit, confectum fuiſſe, minime a vero abludit. Quum enim jam primis temporibus multi conati fuiſſent evangelicam texere Hiſtoriam, quod ex his Lucæ Verbis I. 1. colligi poteſt. „Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt, rerum,“ & forte jam tunc exſtarent quædam Pſeudo-Evangelia ſub Apoſtolorum Nomine conficta; hinc factum, ut referente EUSEBIO Cæſareenſi Hiſt. Eccleſ. III. 24. tria illa Matthæi, Marci, & Lucæ Evangelia, ceu authentica comprobaret, & quod illis deeſſe viderat, ſuo ipſo Evangelio ſubpeteret, ſicque Quadrigam iſtam Sacram componeret. Quia inſuper & alia ſcripta, Actus, Itineraria &c. ſub ementito Apoſtolorum Nomine circumferebantur; probabile admodum eſt, Eundem Apoſtolum genuinos Scripturæ S. Libros ab extraneis ſegregaſſe, & ita quemdam Novi Teſtamenti canonem Eccleſiis reliquiſſe. Certe enim jam primi Patres, Locorum intercapedine admodum inter ſe remoti, nec de colluſione ſuſcepti, uti IRENÆUS in Gallia. S. POLYCARPI, qui Joannem audierat, Diſcipulus, TERTULLIANUS in Africa, CLEMENS Alexandrinus in Ægypto, aliique, ad iſtos N. T. Libros, ceu canonicos provocant, haud dubie ab Anteceſſoribus ſuis de iisdem edocti.

Alio

86 Alio Canone Proteſtantes utuntur, rejectis inter Apocrypha Libris non nullis, aut eorum Partibus, illis præſertim, qui Novitatibus eorum minime favent, etſi non nullos eorum utiliter legi poſſe, haud diffiteantur. Quod igitur Vetus Teſtamentum attinet, eos ſolum admittunt, qui in Canone Judæorum, ab ESDRA clauſo, erant comprehenſi, excluſis deuterocanonicis, cujusmodi ſunt: 1. Tobias. 2. Judith. 3. Non nulla Capita Libri Eſther. 4. Baruch. 5. Epiſtola Jeremiæ, ſeu Caput ultimum Baruch. 6. Sapientia. 7. Eccleſiaſticus. 8. Additiones quædam ad Danielem, ut Oratio Azariæ, Hymnus trium Puerorum, Hiſtoria Suſannæ, & Belis, ſeu Draconis. 9. Duo Libri Machabæorum.

87 Quantum ad novum Teſtamentum, diſcordabat LUTHERUS a CALVINO. Ille enim e Canone expunxerat: 1. Epiſtolam ad Hebræos. 2. Secundam & 4. tertiam Joannis. 5. Epiſtolam Jacobi, ceu ſtramineam. 6. Epiſtolam Judæ. 7. Apocalypſin. Hic autem Canonem integrum recipiebat, niſi quod de Authore Epiſtolæ ad Hebræos, Apoſtolicæ licet, dubitaret. Hodie vero Proteſtantes eundem nobis cum N. T. canonum profitentur, dubitantes 1. de Cap. ultimo MARCI. 2. De Hiſtoria Agonis Chriſti apud LVCAM. 3. De Muliere adultera apud JOANNEM.

88 *Objic. I.* Contra Libros deuterocanonicos. Iſti Libri carent criterio divinæ revelationis

tionis interno, eoquod de Chriſto Mediatore nihil in iisdem deprehendatur, quod ad Librum divinæ authoritatis neceſſarium eſſe volunt Proteſtantes.

Reſp. Si quid Argumentum iſtud evinceret, multi Libri, eorumque partes e Canone Proteſtantium expungendi forent, quippe qui de Chriſto ne Verbulo quidem tradunt. e. g. Liber *Ruth*, ſufficit ergo Teſtimonium Eccleſiæ, quæ Libros omnes ab Apoſtolica Traditione accepit, & cui Chriſtus aſſiſtentiam ſuam usque ad conſummationem Sæculi adpromiſit. Nec alio, niſi Traditionis Fundamento canonem ſuum Proteſtantes, velint, nolint, probare valent.

Objic. II. Non potuit Eccleſia alios Li- 89
bros pro ſacris recipere, niſi quos ut tales a Synagoga, cui *tradita fuerant Eloquia Dei*, acceperat. Ab hac autem non accepit deutero-canonicos, ut qui extra canonem Judæorum erant. Ergo.

Reſp. Etiamſi Libri iſti in canone Judæorum non exſtiterint, non ſequitur, pro ſacris non fuiſſe ab illis habitos. Fieri enim potuit, ut Libri illi conſcripti primum fuerint poſt canonem ab Esdra & Synagoga magna conſtitutum, ut Eccleſiaſticus, duo Machabæorum, cui tanquam clauſo addere nihil audebant, aut ſacros illos eſſe, nondum palam conſtiterit. Potuit autem Chriſtus vel per ſe,

vel per Spiritum S. Apoſtolos de authentia horum Librorum edocere, quin ita edoctos fuiſſe, per Traditionem conſtat, cum antiquiſſimi Patrum eos ut ſacros & divinæ authoritatis allegaverint.

90 *Objic. III.* Eccleſia pro Libris Canonicis agnoſcere nequit, niſi quos ut tales ab Apoſtolis accepit; ab his autem ut tales non accepit deutero-canonicos, eo ipſo, quod a Patribus, num canonici forent dubitatum fuerit, ut teſtatur S. HIERONYMUS in Prologo Galeato: „Hic Prologus, ait, Scripturarum quaſi Galeatum Principium omnibus Libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, convenire poteſt, ut ſcire valeamus, quidquid extra hoc eſt, inter Apocrypha eſſe reponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Jeſu Filii Sirach Liber, & Judith, & Tobiæ, & Paſtor, non ſunt Canonici."

Reſp. Etiamſi de quibusdam Libris, ut & de non nullis Dogmatibus, quamquam revelatis, olim dubitatum fuerit, ante Eccleſiæ definitionem; non ideo ſequitur, eos divinæ authoritatis *quoad ſe* non fuiſſe, ſed ſolum *quoad nos*, eoquod Particularibus Eccleſiis, & Doctoribus, forte illa Traditio de ſingulorum Librorum divina authoritate non ſatis fuerit perſpecta, uti & de quibusdam Veritatibus, v. g. de immediata Viſione Dei animabus plene purgatis ante Corporum reſur-

reſurrectionem concedenda, de Valore Baptiſmi ab Hæreticis Collati, & aliis quibusdam, contigit. Interea certum eſt 1. Libros deutero-canonicos a Judæis ad nos perveniſſe. 2. A Chriſtianis omnibus ſemper agnitos fuiſſe tanquam nullam hæreſin continentes. 3. Privatim & publice olim in Eccleſia Lectos. 4. Allegatos fuiſſe a compluribus Patribus etiam antiquiſſimis, ſub Nomine ſacræ Scripturæ. 5. In Africana Eccleſia jam ante Cyprianum receptos, & Sæculo V. canoni inſertos. 6. Africanorum Sententiam Eccleſiæ Romanæ probatam fuiſſe, quam reliquæ in occidente Eccleſia pariter amplexæ ſunt. Supereſſet modo S. Scripturæ Canon a Concilio NICÆNO adornatus; non dubium, quin in eodem deprehenderentur. Teſtatur enim S. HIERONYMUS, Librum JUDITH in eodem exſtitiſſe. „ Apud Hebræos, inquit Præfat. in Libr. Judith, inter hagiographa legitur, cujus authoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur. - - Sed quoniam hunc Librum Nicæna Synodus in numero S. Scripturarum legitur computaſſe, adquievi poſtulationi veſtræ."

Porro difficultates, quæ his Libris deutero-canonicis ſingulis moveri ſolent, enodandi cura ad Interpretes pertinet. Legi autem poterunt Diſſertationes *Calmeti* & Enchiridion S. Scripturæ a Rev. P. DIDACO a S. Antonio concinnatum.

§. IV.

De SS. Librorum Criterio.

91 Quamvis Christiani omnes Sacras Scripturas divinæ authoritatis existere profiteantur, in eo tamen non omnes conveniunt Medio, unde divina Librorum authoritas dignosci debeat, & ad quem pertineat, irrefragabile de iis ferre Judicium. Protestantes, quoniam Traditiones divinas, & Ecclesiæ authoritatem inficiantur, ut rationem sufficientem adsignent, cur istos præcise, & non alios pro sacris & divinitus inspiratis agnoscant, varias mox a principio inierunt Vias. Et alii quidem ajunt, S. Scripturam proprio charactere de se ipsam testari, utpote quæ legentes ita adficiat, ut eam a spuriis manifeste discernere, & tanquam divinam agnoscere possit, & debeat, eo fere modo, quo Lumen a tenebris, aut album a nigro discernitur. Sunt, qui diligenti SS. Librorum comparatione ad invicem instituta eorum authentiam deprehendi posse statuunt, eoquod unus Liber alteri testimonium de ejus divinitate præbeat. E. g. Evangelium testatur de Libris Moysis, Psalmorum & Prophetarum. Denique alii ad Spiritum privatum confugiunt, qui singulis insinuet discrimen sacrorum ab apocryphis, & tam certo quidem, quam certi erant ipsi hagiographi, se a Deo afflatos Verbum ejus eloqui vel exarare. Catholicorum demum concors assertio est, non nisi Authoritate Ecclesiæ

de SS. Librorum divinitate Judicium Erroris expers ferri poſſe.

RESOLUTIO I. Sacrorum Librorum Au- 92
thoritas 1.) nec ſola Lectione. 2.) Nec reciproco Scripturarum Teſtimonio. Nec 3.) Spiritus privati ſuggeſtione infallibiliter dignoſci poteſt.

Prob. Pars I. Vel S. Scripturæ divinitas, & a Libris ſpuriis diſcrimen, omnibus Lectoribus illuceſcit, vel ſolum aliquibus? *Prius* eſt contra evidentem Experientiam; cum Proteſtantes inter atque Catholicos ad hanc usque Diem de Libris deutero-canonicis ſuperſit diſceptatio. Si *poſterius*, tunc adſignari debet ratio ſufficiens, cur iſti pauci præ aliis hoc diſcrimen agnoſcant. Quænam autem illa? Forte, quod iſti majore ſtudio, præparatione, animo magis docili & pia affectione ad Lectionem accedunt? at vero negari nequit, Sanctos Eccleſiæ Patres hac Animi diſpoſitione Libros iſtos evolviſſe, nec tamen in diſcernendis iisdem conveniſſe; cum non nulli quosdam pro canonicis habuerint, de quibus alii dubitarunt. Certe etiam hodie Catholici, ſaltem plures, eodem, ſi non majore ſtudio ac devotione Biblia evolvunt, & ut canonicos venerantur, quos de Proteſtantium grege quispiam ut apocryphos rejicit. Igitur ſola Lectio iſtiusmodi diſcrimen non ſubpeditat.

93 *Prob. Pars II.* Non omnes Libri, qui Proteſtantibus Canonici ſunt, nec ſingulæ eorum Partes, ab alio Canonico Teſtimonium recipiunt. Ubi enim, Quæſo, Liber Ruth, Eſther, Eccleſiaſtes, Canticum Salomonis, Petri & Joannis Epiſtolæ, hujusque Evangelium poſt alios omnes Libros ſcriptum, ab alio Authore canonico allegatur?

Et tamen Hi Libri Proteſtantibus ſine controverſia canonici ſunt. 2.) Ex adverſo quidam Libri, in aliis canonicis citantur, ut Num. XXI. 14. Liber Bellorum Domini, Joſue X. 13. Liber Juſtorum: Paulus allegat fragmenta Authorum profanorum, quin propterea canonici evadant.

3.) Etiamſi Libri ſinguli de ſe invicem teſtarentur, nondum certo ſciretur, ſingulis adhuc exſtare integros, & nihil extranei iisdem fuiſſe adſultum.

4.) Sed neque ad reprobanda Pſeudo-Evangelia, Actus, Itineraria, poſt Libros canonicos ſcripta, hæc Regula valere poteſt, cum Defenſores eorum ſemper excipere poſſent, Libros poſteriores nullo anteriorum teſtimonio indigere.

94 *Prob. Pars III.* Regula diſcernendi Libros ſacros ab apocryphis debet eſſe generalis, uniformis, & infallibilis, eo quod Libri iſti inſpirati ex Dei intentione pro omnibus exarati fuerunt, & ab omnibus ut tales agnoſcendi, ac venerandi ſint. Hujusmodi autem

non est Spiritus cujusque privatus; qui, cum contradictoria suggerat, divinus esse nequit. Sic spiritus privatus dictabat Luthero Epistolam Jacobi esse stramineam, illam ad Hebræos spuriam; At Calvino hæc authentica, illa aurea videbatur. Ergo alterutrius Spiritus Mendax erat. Vel igitur hoc spiritu privato reguntur omnes, aut solum aliqui? Non omnes; quia secus nulla jam foret de Libris sacris controversia. Si solum aliqui? quinam sunt isti; Protestantes, an Catholici? cur autem Protestantes, & non etiam Nos? Igitur inepta est hæc Regula, & falsis illusionibus obnoxia, quam quisque pro se jactare, Neminem vero inficiantem convincere, Ipse autem constanter fallere, & falli potest, ignorans, ater an albus sit Spiritus, qui hæc ipsi suggerit.

Objic. I. Ipse CHRISTUS Joan. VII. 17. 95
ait: „Si quis voluerit voluntatem Patris facere, cognoscet de Doctrina, utrum ex Deo sit, an a me ipso loquar," & ibidem X. 27. „Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me." Qui ergo bono affectu, & parati voluntatem Dei facere, ad legendum accedunt, Libros sacros, & vocem Pastoris sui agnoscunt.

Resp. Utique, & SS. Ecclesiæ Patres eadem Animi dispositione Biblia evolvebant, nec tamen inter se omnes, nec cum Protestantibus concordabant, donec Ecclesia suum

proferret Judicium, cui acquiescendum est. Vult autem priore Loco CHRISTUS, omnes qui salutem suam serio operari volunt, ex Miraculis, quæ a Christo patrari viderunt, facillime cognoscere posse, se non purum Hominum: nec doctrinam suam humanam, sed prorsus divinam esse. Igitur præsentes adloquebatur, qui Christum ore proprio docentem, atque asserta sua evidentibus Miraculis comprobantem, sensibus percipiebant, nullo alio indigebant Doctore. Nunc autem ad cælos translato, nec Miraculis continuo corruscantibus, alio opus est Doctore, ac Judice, qui Christi vices subpleat, quod est Ecclesia, ejusque visibile Caput Rom. Pontifice. Oves illæ in Textu posteriore vel Electi sunt, vel certe fideles, qui audiunt vocem Pastoris, intus ad Cor, vel per substitutos Ecclesiæ Pastores ad Aures loquentis, & Scripturas genuinas exponendis.

96 *Objic. II.* Ipsa Scriptura sacra variis locis testatur, se spiritu cujusque privato discerni posse. Isai. LIV. 13. „Ponam universos filios doctos a Domino.“ Quæ verba allegat Christus Joan. VI. 45. „Erunt omnes docibiles Dei.“

Resp. Quid hic pro Spiritu privato? Sensus est, prædicatione generali omnes ad fidem Christi fere vocandos, multos etiam perducendos, Electos autem salvandos.

H. PAU-

II. PAULUS 1. Cor. II. 15. „ Spiritualis 97
judicat omnia. Et XIV. 37. „ Siquis autem videtur eſſe ſpiritualis, cognoſcat, quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt Mandata.“

Reſp. Quinam ſunt illi Spirituales? An non erant CYPRIANUS cum ſuis Africanis? An non Patres Nicæni Concilii I., qui Libros, Proteſtantibus apocryphos, in canonem receperunt? Sole nempe Proteſtantes pnevmatici ſunt, Nos autem carnales! Nomine *Spiritualium* intelligit PAULUS perfectos, Spiritu apoſtolico præditos, aut ſecundum S. AMBROSIUM in h. l. fideles, qui vere judicant, & a Nemine judicantur, ſeu, falſi convinci poſſunt; Ipſorum enim exemplo infidelitas dijudicabitur, ipſi autem a Nemine judicabuntur; quis enim condemnabit vera dicentem. Quum enim conſtet, Inimicos fidei falſa tenere pro veris; accuſatio illorum in irritum jam deducta eſt, Veri Judicio condemnata. *Qui* enim *non credit, jam judicatus*, h. e. condemnatus eſt. In altero Loco loquitur PAULUS de Donis gratiarum diverſis, & quomodo illis uti debeant, Corinthios inſtruit. Conſtat autem ex eodem PAULO, non omnes prophetari, non omnes interpretari, non omnes habere diſcretionem Spirituum. Hinc nec omnes eſſe ſpirituales, & Scripturarum Judices. Imo, ut ad h. l. notat S. AMBROSIUS, Paulus indigitat falſos Prophetas, a quibus non nulli Corinthiorum fuerant ſeducti, qui pro deſideriis hominum non divina, ſed terrena

tradebant, & hinc facile discerni poterant. Atqui Libri, quos Protestantes apocryphos dicunt, non tradunt terrena, quippe ipsismet fatentibus, pios ac utiles.

98 III. Non necesse habetis, ait JOANNES 1. Epist. II. 27. „ut aliquis doceat vos, sed sicut Unctio ejus docet vos de omnibus, & verum est, & non Mendacium.“ Et IV. 2. „Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est.“

Resp. Quid inde? omnes Christiani credunt Christum in carne venisse, & quantum ad hoc Dogma, Spiritus iste ex Deo est, quia Caro & Sanguis non revelavit. Et tamen in Libris discernendis non omnes conveniunt, etiam post Lutherum & Calvinum, quo non indigebant, jam unctione interna edocti. Rejiciuntur ergo hoc Loco Pseudo-Apostoli, quos ea propter vitandos esse monet verbis sequentibus: „sed sicut docuit vos, manete in eo.“

99 RESOLUTIO II. Non nisi ex Ecclesiæ Catholicæ authoritate infallibili de sacris Scripturis Judicium haberi potest.

Prob. 1. Ut Liber aliquis pro divino haberi valeat, certo constare debet, illum a Deo inspiratum, & ad hoc usque tempora incorruptum conservatum fuisse: secus de quolibet Versu dubium moveri, nec aliquid inde probari posset. Id autem aliunde, quam

per

per Ecclesiam certo constare nequit, ut patet ex hactenus dictis. Quod quidem argumentum usque adeo efficax visum est non nullis Adversariis, ut non nisi per Traditionem Ecclesiæ Veteris genuina a Pseudo-Evangeliis & Apostolorum Actis discerni posse fatentur. Cur enim Epistola PAULI ad Laodicenses, cujus ipsius meminit ad Coloss. IV. 16. reliquis ejus scriptis canonicis non adnumeratur?

Prob. II. Quando de ipsa Legis exsisten- 100
tia dubitatur; hæc controversia non ex Lege dubia, sed per Judicem extraneum, qui infallibilis sit authoritatis, definiri potest. Atqui de Authentia Librorum controversia est Catholicos inter & Protestantes, & Judex alius esse nequit præter Ecclesiam, cui Christus perpetuam adsistentiam promisit, quam voluit esse *columnam & firmamentum veritatis, adversus quam Portæ Inferi non prævalebunt*; ad quem, ceu Judicem, omnes ablegavit, „ dic Ecclesiæ, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.“ Ergo.

Prob. III. Constans hæc erat SS. PP. 101
assertio. Cum TERTULLIANUS animadverteret, se cum Hæreticis ex Scripturis disputantem nihil proficere, eo quod illi non nullas rejicerent, ut monet & probat. Lib. de Præscript. cap. 19. non *ex* Scripturis, sed *de* Scripturis certandum esse, & ait: „ Ergo non ad Scripturas provocandum est, nec in his constituendum certamen, in quibus aut nulla,

nulla, aut incerta victoria eſt, aut parum certa. - - Ordo rerum deſiderabat, illud prius proponi, quod nunc ſolum diſceptandum eſt, *quibus competat fides ipſa? cujus ſint Scripturæ? a quo, & per quos, & quando, & quibus* ſit tradita Diſciplina, qua fiunt Chriſtiani; ubi enim apperuerit eſſe Veritatem Diſciplinæ, & fidei Chriſtianæ, illic erat Veritas Scripturarum, & expoſitionum, & omnium Traditionum chriſtianarum. " Igitur ante omnia de Veritate Eccleſiæ conſtare debet. Et cap. 21. „ Hanc igitur dirigimus præſcriptionem. Si D. N. Jeſus Chriſtus Apoſtolos miſit ad prædicandum, alios non eſſe recipiendos prædicatores, quam quos Chriſtus inſtituit - - - Quid autem prædicaverint, id eſt, quid illis Chriſtus revelaverit, & hic præſcribam, non aliter probari debere, quam per easdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædicando, tam viva, quod ajunt, voce, quam per Epiſtolas poſtea. Si hæc ita ſunt, conſtat proinde omnem Doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis, & *matribus*, *originalibus* fidei conſpiret, rationi deputandam, id ſine dubio tenentem, quod Eccleſia ab Apoſtolis, Apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo ſuſcepit: reliquam vero omnem Doctrinam de Mendacio præjudicandam, quæ ſapiat contra Veritatem Eccleſiarum, & Apoſtolorum, & Chriſti & Dei. " S. AUGUSTINUS diſputans cum Manichæis Libro contra *Epiſtolam Fundamenti*, ubi Manes vocatur Apoſtolus Chriſti, Quæro, inquit,

inquit, Quis eſt iſte Manichæus? „ Reſpondebitis: Apoſtolus Chriſti. Non credo - - - Evangelium mihi fortaſſe Lecturus es, & inde Manichæi Perſonam tentabis aſſerere. Si ergo invenires aliquem, qui Evangelio nondum credidit, quid faceres dicenti tibi, non credo? *Ego vero Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret authoritas.* Quibus ergo obtemperavi dicentibus: Crede Evangelio; cur iis non obtemporem, dicentibus mihi, noli credere Manichæis! Elige, quid velis. Si dixeris: crede Catholicis; ipſi me monent, ut nullam fidem accommodem vobis. - - - Si dixeris, noli Catholicis credere, non recte facis per Evangelium me cogere ad Manichæi fidem, quia ipſe Evangelio Catholicis prædicantibus credidi." Et de Moribus Eccleſiæ I. 29. „ Ego ne de illa, quam conſtanter latiſſime propagatam video: & Eccleſiarum per totum orbem diſperſarum conteſtatione munitam, dubitabo miſer?" Denique contra Fauſtum XIII. 5. „ Noſtrorum porro Authoritas Librorum, tot gentium conſenſione, per ſucceſſiones Apoſtolorum, Epiſcoporum, Conciliorumque roborata, vobis adverſa eſt. Veſtrorum autem nulla eſt, quæ & a tam paucis profertur, & ab iis, qui Deum & Chriſtum mendacem colunt."

Objic. I. Si ab Eccleſia deſumendorum 102
foret Diſcrimen SS. Librorum, tunc illa foret Judex Scripturarum, quod AUGUSTINO adverſatur relato Can. *in iſtis.* Diſt. IV.

„Non

„Non licet Judi de Legibus, ſed ſecundum ipſas judicare.“

Reſp. Diſt. maj. Eccleſia foret Judex, judicando Sententia definitiva de Veritate aut Falſitate rerum in Libris ſacris contentarum. *Nego.* Sententia declarativa, hunc Librum vere eſſe a Deo inſpiratum, & hunc, non alium, eſſe verborum ſenſum a Spiritu S. intentum. *Conc.* Sententia definitiva fundatur in Jurisdictione, quæ competit Judici in Res Litigioſas, & Perſonas ſibi ſubditas. Hac ratione Eccleſia non judicat de Scripturis, quum divina authoritate ſuperior non ſit; ſed hac ipſa authoritate Spiritus S. ſibi aſſiſtente, & per Traditionem edocta teſtatur, hunc Librum a Deo Authore eſſe profectum.

103 *Objic. II.* Quando quis Theſin in controverſia poſitam per medium itidem controverſum oſtendere vult[l]: Is committit circuli vitium. Hoc autem contingit, dum Librorum Deuterocanonicorum dubia authoritas probatur per Eccleſiæ Catholicæ Authoritatem, quam Adverſarii pariter negant, ſic enim Scriptura per Eccleſiam, hujus autem infallibitas ex Scriptura probatur.

Reſp. Nego *min.* Quando cum iis agimus, qui easdem Scripturas nobiſcum pariter admittunt; ex Loco indubitato, utrinque recepto Eccleſiæ infallibilitatem demonſtramus, absque ullo Circuli Vitio: quod tamen

tamen aliquis committeret, qui Verbum Dei scriptum neganti, ex eodem Ecclesiæ authoritatem persuadere vellet. Igitur cum hujusmodi aliter agendum; & prius quidem e Signis & Notis evidenter credibilis ei reddenda est Ecclesiæ veræ authoritas, qua semel stabilita, facile assentietur, Libros quos pro sacris proponit, omnino divinæ authoritatis exsistere. vid. dicta Tom. VII. Parte II. N. 31. seq.

Objic. III. Ex dictis videtur sequi, ulti- 104
mam fidei resolutionem fieri in Ecclesiæ authoritatem, quæ tota humana est, & sic fides erit mere humana, non autem divina. Cur enim Catholicus quispiam credit dogmata Trinitatis, Incarnationis, nisi quia in scriptura revelata sunt? Ibi autem revelata esse, & Libros divinæ authoritatis exsistere, ideo credit, quia Ecclesia adtestatur. Igitur ultimato Ecclesiæ credit, & humana authoritate ad assensum movetur.

Resp. Motivum formale nostri assensus est sola Veracitas Dei revelantis; ut autem certi simus, Deum hoc ipsum verbo scripto vel tradito revelasse credendum, hoc non nisi ex Testimonio Ecclesiæ scimus continua Traditione edoctæ, & Spiritus S. assistentia, ne decipiatur, præmonitæ.

Objic. IV. Sequeretur, Scripturam S. 105
Testimonium ab Homine, ab Ecclesia, accipere;

pere; quod repugnat CHRISTI effato Joannis V. 34. Ego non ab Homine Teſtimonium accipio. "

Reſp. Deus, ejusque Verbum, nullo *quoad* ſe Teſtimonio humano indiget, nec ab Homine accipit; ſed nos indigemus Teſtimonio Eccleſiæ, quod nos certos reddat, hoc a Deo revelatum fuiſſe, & in iſto Libro contineri; quoniam Liber ſacer a profano aliunde diſcerni nequit. Chriſtus loco citato vult, ſe non indigere Teſtimonio Joannis Baptiſtæ, ſed habere ſe Teſtimonium majus Joanne. „ Opera enim, quæ dedit mihi Pater, ut perficiam ea; ipſa opera, quæ ego facio, Teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me. " Igitur Chriſtus in ſua Perſona non indigebat Teſtimonio humano, quoniam Miraculis demonſtrabat divinitatem ſuam: ſic & Verbum Dei non eo fine indiget Teſtimonio Eccleſiæ, ut credatur, verum eſſe; ſed ut nos certi fiamus, Librum aliquem a Deo eſſe inſpiratum: quo ſubpoſito propter ipſam Dei Veracitatem promtiſſimum eidem præſtamus aſſenſum.

§. V.

§. V.

De S. Scripturæ Idiomate Originali, hujusque Textus Integritate.

Quo Idiomate primævo Adamus & Po- 106
ſteri uſi fuerint, hebraico antiquo, an alio?
diſceptant non nulli. Quodcunque tandem
fuerit, unicum erat & univerſale usque ad
confuſionem Linguarum Tempore Turris Ba-
belicæ a Deo immiſſam: legitur enim Gene-
ſis XI. 2. „ Erat Terra Labii unius, & Ser-
monum eorundum: " communior tamen opi-
nio eſt, hebraicum fuiſſe, ſic dictum ab HE-
BER, filio SALE, a quo per aliquot Gene-
rationes deſcendens Abraham, ad Moyſen
usque eam propagavit, ac deinceps ad usque
captivitatem Babylonicam, ſaltem in Tribu Ju-
da, conſervatum fuiſſe ferunt. Quod enim
adtinet X. Tribus Iſrael, quæ ſub Rege Ro-
boam a duabus aliis, Juda & Benjamin ſciſ-
ſæ, proprium ſibi Regem in Samaria conſti-
tuerunt; illa ſub Salmanaſar Aſſyriorum Re-
ge e Samaria Babylonem abductæ fuerunt,
ſubſtituta in eorum Locum ex aliis Populis,
cuthæis maxime, nova Colonia, ita diſponen-
te Deo, cui ſub Aſſaraddone Senacharibi ſuc-
ceſſore Sacerdos quidam Iſraelita ſubmiſſus
fuit, qui eos in Lege divina inſtrueret; unde
Pentateuchus Samaritanus, Litteris antiquis
hebraicis ſcriptus, originem ducit. vid. IV.
Regum XVII.

107 Poſtquam autem & duæ Tribus Juda, ac Benjamin ſub Nabuchodonoſore Babylonem captivæ abductæ fuerant, per Annos LXX. ibidem detentæ; Hinc Moribus Chaldæorum aſſuetæ, facile & Linquam eorum continua converſatione didicerunt, ut ſoluta dein per Cyrum captivitate, Esdras SS. Librorum reſtaurator, & canonis Veteris Teſtamenti Author, Libros Sacros priore quidem Idiomate, non autem antiquis hebraicis, ſed Chaldaicis, ſeu Aſſyris Characteribus deſcripſiſſe exiſtimetur, & iſti Characteres ab Esdra adoptati, deinceps hebraici, priores vero illi in poſterum Samaritani, quia Pentateuchus Samaritanus iisdem deſcriptus eſt, dicerentur.

108 Ut autem Judæi Babylone commorantes puritatem hebraicæ Linquæ cum Chaldaica non nihil commiſcuerunt: ita e Captivitate reduces in Syriam, multa cum Syris communia habere cœperunt, donec tandem *Syriaca*, ceu Vernacula, ab iis adoptaretur, qua Linqua Chriſtus & Apoſtoli uſi fuerunt, Licet & iſta *hebraica* dicerentur, quia Hebræi eam loquerentur.

109 Hæc Idiomata ſequitur *græcum*, Judæis Heleniſtis proprium, ac demum Latinum, In Titulo Crucis ſaltem ſacratum. Quinque igitur Linquæ *Sacræ* dici poſſunt. 1. *Hebraica* Vetus, Samaritanis expreſſa Characteribus. 2. *Chaldaica*, Litteris ſcripta Aſſyriis,

quas hodie hebraicas dicimus. 3. *Syriaca*, cum Hebræa, & Chaldæa mixta. 4. *Græca*. 5. *Latina*: Ut autem compendio conſtet, qua Linqua originali quisque Liber conſcriptus fuerit, probatorum Authorum fidem ſecutus, dicam.

RESOLUTIO I. Libri Vet. Teſtamenti 110
& in canone Judæorum exſtantes, ſcripti erant linqua hebraica ante captivitatem uſitata, excepto *Daniele*, qui teſte S. HIERONYMO in Præfat. ad Danielem, Chaldaice ſcripſit, utpote in Chaldæa conſtitutus.

II. Chaldaice ſcripti erant præter *Danie-* 111
lem Libri *Tobiæ*, *Judith*, & pars Libri *Esdræ*.

III. Syriace Liber *Eccleſiaſtici*, & pri- 112
mus *Machabæorum*. In Novo Teſtamento Evangelium *S. Matthæi*, & forte Epiſtola *ad Hebræos*.

IV. Novum Teſtamentum, exceptis mox 113
dictis, græca linqua exaratum fuit, ut teſtis eſt S. HIERONYMUS. Nec tamen deſunt, qui & Epiſtolam Pauli *ad Hebræos* græce ſcriptam volunt, quemadmodum reliquas ejusdem, & *Jacobi*, *Petri* ac *Judæ* catholicas, cum enim directæ fuerint ad Judæos per Orientem diſperſos, qui poſt ALEXANDRI M. tempora omnes fere linqua græca utebantur, oportebat etiam eadem linqua ad eos ſcribere. Arbitrantur non nulli, Evan-

gelium *S. Marci* in ufum Romanorum confcriptum, & Epiftolam *Pauli* ad eosdem, latina linqua confcriptam fuiffe, cui opinioni ab aliis contradicitur, eoquod etiam apud Romanos græcæ linquæ ufus floreret.

Juvat adhuc inquirere, an Textus originalis ad noftra usque tempore incorruptus pervenerit? Differt autem Textus originalis ab *Autographo*, quo nomine intelligitur Codex, quem facer Scriptor fua manu primum confcripfit, aut proprio ore dictavit. Per *Textum originalem* vero intelliguntur Exemplaria ab authographo transfumta, & vocantur *apographa*, quæ tamen authographo conformia fint. Convenit facile inter omnes, Authographum jam nullum exfiftere, nifi quod Veneti prætendant, fe Exemplar Evangelii, ipfa S. Marci Manu confcriptum, affervare.

Igitur quæritur, an apographa textus originalis, authographo fuo adhuc fideliter refpondeant.

114 RESOLUTIO V. Textus originalis Vet. Teftamenti, faltem quoad Subftantiam, & Senfum a Spiritu S. intentum, adhuc fupereft incorruptus.

Prob. Si quæ Corruptio in Sacros Libros irrepfiffet, debuerat illa provenire a Judæis, a quibus, ceu capfariis & Librariis, Ecclefia chriftiana eos accepit. Atqui Judæi nec volebant, nec poterant illos corrumpere. Ergo

 exftant

exstant incorrupti. *Min. prob. I.* Non volebant, Habebant enim in S. Scriptura, quidquid ad ejus integritatem sedulo conservandam eos maxime incitare poterat: Inde ostendunt sibi credita esse Eloquia Dei; se esse Populum a Deo electum; sibi esse de genere suo promissum Messiam, qui hostes suos omnes debellaret, & totius orbis Imperium, aut saltem terram, olim inhabitatam, ipsis restitueret. Habent inde Legem & cæremonias suas, quas religiosissime venerantur. Ex hoc etiam capite teste JOSEPHO lib. contra Apionem tanto ergo Sacros Libros zelo feruntur, ut mortem potius subire mallent, quam vel unum ejus apicem mutare, atque corrumpere.

II. Non poterant quoque, utcunque vo- 115
luissent. 1. Non ante tempora Christi, & Apostolorum; debuissent omnes omnino Sacerdotes, Levitæ, aliique per totum orbem, nullo contradicente, in hanc impietatem conspirare; si enim vel unus Codex mansisset incorruptus, poterant ex isto de crimine falsi convinci. Nec etiam Codices omnes in solis eorum manibus versabantur, quodsi etiam hanc fraudem adtentassent, certe CHRISTUS, qui alia iisdem crimina, & privatas Traditiones exprobravit, id ipsis objecisset, quod tantum abest ab illo factum fuisse, ut potius ad scrutandas Scripturas illos ipse remiserit, & Legis peritorum Interpretationibus obtemperandum esse voluerit. Matth. XXIII. „Super Cathedram Moysis sederunt scribæ, &

Pharisæi. Quæcunque ergo dixerint vobis, servate & facite." Hinc ait S. HIERONYMUS in cap. 6. Isaiæ. „ Si aliquis dixerit, Hebræos Libros postea a Judæis esse falsatos, audiat originem, quid in octavo Volumine explanationem Isaiæ huic respondeat quæstiunculæ; quod nunquam Dominus, & Apostoli, qui cætera crimina arguunt in Scribis & Pharisæis, de hoc Crimine, quod erat maximum, reticuissent."

116 At 2.) nec poterant eos corrumpere post tempora Christi; ut enim corrupissent proprios, nullum ipsis Juris erat in illos, qui erant in Manibus Christianorum, quorum plurimi ex Judæis non modo de Plebe, sed etiam de Conditione Sacerdotum, Scribarum, de ipso Synedrio, erant conversi, & codices incorruptos secum adtulerant. „ Anne credibile est, inquit S. AUGUSTINUS de civit. Dei XV. 15. Ipsos Codicibus suis voluisse eripere veritatem, ut nobis eriperent authoritatem, vel per totum orbem dispersos potuisse in hoc conspirare, nullo contradicente? " Si quæ tamen corruptio facta fuisset, vel fieri potuisset, tunc præsertim illis Locis, qui aperte agunt de Christo, atqui illi eodem modo adhuc exstant, ut a Christo & Apostolis allegati fuerant. „ Cachinum, ait HIERONYMUS citatus, tenere se non posse, si quis existimet, Salvatorem, Evangelistas, & Apostolos ita Testimonia protulisse, ut Judæi postea falsaturi erant."

Sed

Sed neque post Apostolorum excessum 117
ejusmodi corruptio accidere potuit; 1. advertissent enim ejusmodi imposturam SS. Patres Sacræ Scripturæ nunquam non studiosissimi. 2.) Obstabat divina Providentia, cujus est curare, ut verbum suum maneret integrum, ad quod in dubio recurri posset. 3.) Nisi saltem ad tempora HIERONYMI Veteris Testamenti Textus incorruptus mansisset: Nunc Ecclesia careret Legitima Versione S. Scripturæ, utpote ex fonte non puro derivatæ. 4.) Cumque hebraicus Textus, & Universa Scriptura depositi ad instar Ecclesiæ fideli custodiæ commissa fuerit, in ipsius redundaret Negligentiam, si eam corrumpi permisisset.

Objic. Nonnulli SS. PP. uti JUSTINUS 118
Dialogo cum Tryphone. IRENÆUS III. 23. TERTULLIANUS de habitu Mulieris. S. ATHANASIVS in Synopsi. EVSEBIVS Cæsariensis H. E. IV. 18. S. HIERONYMVS ad Galat. 5. S. Joannes CHRYSOSTOMVS Homil. 5. in Matth. istud corruptionis crimen Judæi exprobrarunt. Ergo.

Resp. Potuit ejusmodi corruptio in uno alterove codice contingere, non tamen in omnibus per orbem terrarum ubique dispersis, & in Manibus Christianorum, in Scriniis Ecclesiarum existentibus. Potuit irrepere error incuria amanuensium ob Litteram quarundam maximam affinitatem. Potuit & fieri, ut ubi duplex occurrit Lectio, Judæi illam præferrent, quæ Christianis minus faveret.

119 RESOLUTIO VI. Textus græcus N. Teſtamenti pariter adhuc integer ac incorruptus exſiſtit.

Prob. Vel enim corrupiſſent illum 1) Chriſtiani, vel 2) Hæretici. Non primi; quia moraliter prorſus impoſſibile erat, omnes ubique terrarum in hanc corruptionem conſpirarent, quin advertiſſent Epiſcopi, aliique Doctores. Foret etiam contra providentiam Dei, tantam ubique amanuenſium permittere incuriam, & Textus originalis integritatem depravari.

120 Nec poterant Hæretici, ut enim voluiſſent pervertere Codices ſuos, non poterant tamen illos, qui verſabantur innumeri in manibus Catholicorum, præſertim in Scriniis Eccleſiarum matricium. Vel enim ejusmodi corruptio accidiſſet Apoſtolorum Tempore: atqui id impoſſibile erat, quia tum adhuc ſupererant ipſa authographa, unde depravatio facile poterat deprehendi. Vel poſt Apoſtolorum exceſſum; inde enim ſequeretur, SS. Patres jam Textum corruptum citaſſe, & ex iſto cœno factas fuiſſe Verſiones in alias Linquas, Latinam præſertim; ſicque & Vulgatæ noſtræ corrueret authoritas. Quoniam vero Textus pro Catholicorum dogmate contra Hæreticos vindicando a Patribus allegati eodem prorſus modo in hodierno Textu græco exſtant; Evidens eſt, illum corruptum non fuiſſe. Quemadmodum autem Providentia

Dei, & fidelis Eccleſia cura poſtulabat, integrum ſervare Textum Teſt. Veteris; ita etiam novi. Secus puro Verbo Dei eſſemus modo deſtituti, & tota fides vacillaret, nec eſſet, quo in dubio emergente recurre poſſemus. Non ad Textum originalem, in hypotheſi corruptum; Non ad Vulgatam, quippe ex corrupto fonte primitus derivatum, quod abſit. Quo tamen non obſtante, poterant vel Hæreticorum mollitia, vel amauenſium oſcitantia, Exemplaria non nulla quibusdam in Locis depravari, facile tamen ex aliis genuinis corrigenda, ut advertit S. Epiphanius contra Marcionem. „ Etſi tu non relinquas Scripturam quemadmodum a Salvatore pronuntiata eſt, ſervantur tamen iſta Loca in Evangelio Sanctæ Eccleſiæ. - - Nihil hoc nobis nocet, etſi enim abſciderit illud, non abſcidit a nobis, ſed ſe ſuosque damno affecit, ſatis enim refutatur Teſtimoniorum pluralitate.“

§. VI.

De S. Scripturæ Verſionibus, præſertim græcis.

Jam ante Chriſti Tempora quamdam Vet. 121
Teſtamenti Verſionem Græcam Judæis Heleniſtis uſitatam exſtitiſſe, apud omnes in confeſſo eſt, cui poſt Chriſtum multo plures acceſſerunt. Celeberrima eſt illa, quam vocant LXX. Interpretum, cujus originem atque Hiſtoriam, ab Aristæa conſcriptam, & alibi fuſius legendam, in Compendio dabo.

Quum PTOLOMÆUS *Philadelphus*, vel ut alii malunt, hujus Pater PTOLOMÆUS *Lagis* ALEXANDRI Magni Succeſſor, & Aegypti Rex, Alexandriæ in Templo Serapidis ampliſſimam Bibliothecam exſtruere moliretur, eamque maximo Librorum Numero inſtruere, DEMETRII Phalarei, Athenienſis Philoſophi, cui Bibliothecæ adornandæ curam demandaverat, conſilio honorificam ad ELEAZARUM tunc ſummum Hieroſolymis Judæorum Pontificem, deſtinavit, additis maximi pretii Muneribus, & precibus, ut patriarum Legum Volumen, h. e. Scripturam S., toto jam orbe celebratiſſimam, pro Ornamento ſuæ Bibliothecæ communicare, ſimul & Interpretes ſubmittere vellet, utriusque Linquæ Hebraicæ & Græcæ adprime peritos, qui Codicem iſtum in Græcam linquam transferrent. Annuit, ut par erat, Votis æquiſſimis Sacerdos Judæorum, & præter Sacrorum Librorum Exemplar nitidiſſime, addunt alii, aureis Characteribus deſcriptum, Senes ex qualibet Tribu h. e. LXXII. Viros Alexandriam ablegavit; qui liberaliſſime a Rege excepti, poſt aliquot dierum ſplendida Convivia in Pharum Inſulam, ſeptem ſtadiis Alexandria diſſitam, ſe ſe receperunt, ibidemque ſinguli ſingulis cellulis incluſi, aut, quod veroſimilius, collat in commune conſiliis famoſam iſtam Verſionem perfecerant, ab Interpretum Numero rotunde LXX. deinceps dictam.

Re-

Referunt iſtam Hiſtoriam non Judæi ſolum, ut poſt Aristæam Aristobolus Libro ad Ptolomæum Philometorem, Josephus, & Philo, ſed & Chriſtiani ut Justinus Martyr orat. ad græcos. Irenæus III. 25. Tertullianus in Apologet. cap. 18. Clemens Alexandr. Libr. I. Stromat. Cyrillus Hieroſolym. catecheſ. 4. Eusebius de Præparat. Evangel. cap. I. Epiphanius Lib. de Menſur. & Ponderibus. S. Chrysostomus Homil. 4. in Geneſ. Hieronymus Præfat. in Pentateuchum. S. Augustinus de doctr. Chriſt. II. 14. & de civit. Dei. XVIII. 42. Theodoretus præfat. in Pſalm.

Dubitant non nulli, an Iſti Interpretes 122
ſolum Pentateuchum, aut omnes Libros, qui tunc in Canone Judæorum erant, transtulerint: Sunt & qui exiſtimant, jam ante iſtam Verſionem LXX. aliam exſtitiſſe quorumdam ſaltem Librorum, ea ducti ratione, quod Authores quidam profani, Plato præſertim, non nulla ScripturarumLibris ſuis inſeruerint,quorum aliunde notitiam habere non potuiſſent, utpote hebraicæ Linquæ ignari, niſi græca Verſio exſtitiſſet. At vero hoc Conjectura nihil evincit; poterant enim illi frequenti cum Judæis Heleniſtis commercio quædam de eorum Lege, Doctrinis, ac Ritibus experiri, & ſuis addere, quin Codices græce ſcriptos haberent.

123 Poſt Chriſti & Apoſtolorum Tempora variæ aliæ V. T. concinnatæ fuerunt Verſiones.

I. Aquilæ e Ponto oriundi, qui e Pagano ad Fidem Chriſti converſus, ſed ob Aſtrologiæ judiciariæ Studium Eccleſia ejectus, ad Judæos tranſiit, & novam ex Hebræo græcam Verſionem adornavit, in odium Chriſtianorum pluribus Locis depravatam.

II. Theodotionis, ejusdem cum præcedente originis, & hæreſi Marcionis infecti, demum Judæi, aut, quod alii manet, Ebionitæ.

III. Symmachi, e Samaritano Ebionitæ, demum ad Judæos transfugæ, cujus elegantiſſimam ex hebræo græcam Verſionem periti judicant.

IV. Jerichunte in Palæſtina reperta fuit incerti authoris Verſio itidem græca, inde *Jerichuntina* dicta.

V. *Nicopolitana*, incerti pariter Authoris, ſed Chriſtiani, ut non nulli ſuſpicantur, in doliis Nicopoli reperta.

VI. Alia ignoti authoris, Judæi tamen, qui ſæpe Paraphraſten, ſeu, commentatorem magis, quam Interpretem agit. Circumferebantur & aliæ Verſiones ex Hebræo

græcæ

græcæ: ut S. LVCIANI Presbyteri Antiocheni: HESYCHII, & sic dicta *Palæstina*, quæ tamen ab illa LXX. Versione parum hinc inde differunt.

Ex prædictis Versionibus insigne Opus 124
conflavit ORIGENES, in varias columnas distinctum, inde *Tetrapla*, quatuor columnarum, *Hexapla*, sex, octapla, octo, & *Enneapla*, novem columnarum. Cujus quidem Operis, quod dolendum, non amplius integri, fragmenta saltem collegit Vir de Republica Litteraria æternum meritus Bernhardus MONTFAUCON, Congreg. Bendictino S. Mauri in Gallia Monachus, duobus Volum. in folio Parisiis 1730. editum, & *Hexapla Origenis* inscriptum, quorum hic aliquod Specimen subjungere Lubet.

Tetrapla Origenis.

I. Versio Aquilæ.	II. Symmachi.	III. LXX. Interpretum.	IV. Theodotionis.

Hexapla.

I. Textus hebræus Litteris hebraicis.	II. Idem Textus charactere græco.	III. Versio Aquilæ.	IV. Symmachi.	V. LXX.	VI. Theodotionis.

Octa-

Octapla, & Enneapla.

I.	II.	III.	IV.	V.	VI.
Textus hebraicus litteris hebraicis.	Textus hebraicus Litteris græcis.	Aquilæ.	Symmachi.	LXX. Interpretum.	Theodotionis.

VII.	VIII.	IX.
Jerichuntina.	Nicopolitana.	Versio ignota.

Jam

Jam quod celeberrimam adtinet LXX. Verſionem, duo hic indaganda ſunt, an illa adhuc incorrupta, ſaltem quoad Subſtantiam, exiſtat, & authentica ſit ?

125 RESOLUTIO I. Incorrupta quoad ſubſtantiam exſiſtit Verſio LXX. Interpretum.

Prob. Quatuor diſtinqui poſſunt Verſionis iſtius Epochæ. *Prima* ab ejus Exordio uſque ad Chriſtum. *Secunda a Chriſto* & Apoſtolis in terra degentibus. *Tertia* ab Apoſtolis uſque ad S. HIERONYMVM. *Quarta* inde uſque ad nos. At in nullo hujusmodi intervallo corrupta fuit: ergo adhuc hodie integra eſt.

I. Ex Mente SS. Patrum EVSEBII Cæſareenſ. de præparat. Evang. VIII. 1. S. CHRYSOSTOMI. Homil. IV. in Genes. S. AVGVSTINI de Doctrina Chriſtiana. II. 15. eo divinæ Providentiæ Conſilio iſta Verſio primum adornata, &, ut non nulli autumant, omnino inſpirata fuit, ut adpropinquante jam Tempore, quo Gentibus omnibus prædicandus fuerat humani generis Salvator tamdiu exſpectatus, in communem omnium Linquam verterentur, & ita ad omnes pervenirent Prophetarum Oracula, quibus gentibus omnibus prædictus fuerat; & quoniam Judæi vel Religionis ſuæ Zelo, vel Invidia, extraneis ea tradere noluiſſent; Miniſterio PTOLOMÆI Regis uti voluit Deus, ut tanto ante proderentur per illos ipſos, qui inter Judæos prudentia & ſcientia plurimum præ-

prævalebant. Igitur in ſui Exordio & ab Origine pura iſta Verſio fuit, talisque usque ad CHRISTVM permanſit, qui eadem, quod fecit tamen non ſemel, uti noluiſſet. Neque corrumpi tunc poterat, niſi Judæi Heleniſtæ toto orbe diſperſi, unanimi conſilio, quod fidem ſuperat, in eam fraudem conſpiraſſent; & ſi conſpirare voluiſſent, non omnia tamen Exemplaria in eorum Poteſtate erant.

II. CHRISTUS & Apoſtoli, qui Locos 126
V. T. non ex hebraico textu ſed ex Verſione LXX. allegarunt, certe hac adhuc integra uſi fuerunt, & ſucceſſoribus pura reliquerunt.

III Patres immediate ſequentes ad us- 127
que HIERONYMUM aut eam ipſos depravare voluiſſe, aut ab aliis corrumpi paſſos fuiſſe, prorſus inveriſimile eſt; cum non alia, niſi hac ipſa uteruntur, cum ad Populorum Inſtructionem, tum ad profligandos Hæreticorum Errores. Ex hac ipſa Verſione nata eſt Vetus Latina, *Itala* dicta; quæ ſi ex fonte corrupto facta fuit, pura & ipſa nunquam fuit, & caruit Eccleſia legitimo Verbo Dei per Sæcula minimum tria.

IV. Patres HIERONYMO & AUGUSTINO 128
poſteriores, græci præſertim, non aliam niſi hanc ipſam, & ut hodie exſtat, tanquam ab Eccleſia receptam, pro genuino Verbo Dei agnoverunt, expoſuerunt, ex eadem Hæreſes confutarunt, eamque in ipſis Conciliis

pro Norma adhibuerunt. Sic de illa loquitur AUGUSTINUS de civit. Dei. XVIII. 45. „Cum fuerint & alii Interpretes, qui ex hebræa lingua in græcam Sacra illa Eloquia transtulerunt, ſicut Aquila, Symmachus, Theodotion; hanc tamen, quæ LXX. eſt, tanquam ſola eſſet, ſic recepit Eccleſia, eaque utuntur græci Populi Chriſtiani, quorum plerique, utrum alia ſit aliqua, ignorant.“ Cum inſuper tot exemplarium iſtius Verſionis Millia inter Chriſtianos toto orbe exſtarent; debuiſſent Judæi, Hæretici, Chriſtianique omnes in hanc malitiam & conſilium eam depravandi conſpirare, quod ab omni ſpecie veri abludit.

129 RESOLUTIO II. Verſio LXX. Interpretum etiam hodie authentica eſt.

Prob. I. Authenticum dicitur Scriptum, quod ex ſe fidem facit in Judicio, & ſupremæ eſt Authoritatis, ut a nullo rejici vel in quæſtionem vocari debeat. Hujusmodi vero eſſe iſtam Verſionem, utpote adhuc incorruptam, ex dictis conſequitur.

130 *Prob. II.* Hæc Verſio authentica erat ante Chriſtum, quippe a Judæis Heleniſtis in Synagogis ubique prælecta, & expoſita.

2.) Talis adhuc erat Tempore Chriſti & Apoſtolorum, qui ex eadem proferebant Textus pro Religione Chriſtiana.

3.) Pa-

3.) Patres eam ab Apoſtolis acceptam pro genuina Scriptura habuerunt, publice prælegerunt, commentariis illuſtrarunt, ex ea Hæreſes debellarunt, dogmata ſtatuerunt.

4.) Ex eadem ennata eſt Vetus Latina Verſio *Itala*, quæ etiam poſt novam Hieronymianam usque ad Sæculum VI. in Eccleſia obtinuit. Donec ſenſim e duabus una communis, & vulgata fuerit conflata.

5.) Eccleſia græca, adhuc Latinæ unita, non alia unquam verſione uſa fuit, nec aliam adoptare cogeretur, ſi illam unionem reſtabiliri contingeret. Immo utuntur eadem in Latio, & Romæ, ubi ſuis Ritibus vivunt.

Prob. III. Si quid huic Verſioni deeſſet, 131
quo minus *authentica quoad nos* haberi poſſet, forte eſſet defectus adprobationis Eccleſiæ Romanæ. Sed nec iſta deeſt 1.) Nec enim illam unquam reprobavit. 2.) Immo ſaltem tacite adprobavit, recipiendo Scripta Patrum græcorum; ſubſcribendo Conciliis VIII. generalibus in Oriente celebratis, ubi ſola hæc Verſio adhibita fuit. 3.) Tot inter controverſias græcos inter ac Latinos agitatas, nunquam ulla lis mota fuit de Veritate Scripturarum. 4.) Denique Sixtus V P. M. eam poſitive adprobaſſe videtur. Poſtquam enim hanc LXX. Verſionem ex antiquiſſimo Codice Bibliothecæ Vaticanæ ſumma cura & peritiſſimorum Virorum ſtudio quam fieri poterat,

emendatiſſime editam inprimi mandaverat, in ſuo Diplomate ita de eadem loquitur. „ Volumus, & ſancimus ad Dei gloriam, & Eccleſiæ Utilitatem, ut Vetus græcum Teſtamentum juxta LXX. ita recognitum, & expolitum, ab omnibus recipiatur, & retineatur, quo potiſſimum ad Latinæ Vulgatæ editionis, & veterum SS. Patrum intelligentiam utantur; prohibentes, ne quis de hac nova græca editione audeat in poſterum quidpiam immutare." Quid hoc eſt aliud, quam authenticam declarare, ſola voce *authentica* ſubpreſſa, ſed aliis tamen verbis expreſſa?

132 *Objic. I.* Etſi Verſio iſta olim authentica fuerit, talis tamen eſſe deſiit tempore S. Hieronymi, qui ob corruptam illam Verſionem, novam ex Hebræo latinam adornavit Verſionem, ut ipſe teſtatur Præfat. in Lib. Paralipom. „ Si LXX. Interpretum pura, & ut ab eis in græcam verſa eſt, Editio, permaneret ſuper flueme, Chromati Epiſcoporum Sanctiſſime, impelleres, ut hebræa tibi Volumine latino Sermone transferrem. - - Nunc vero cum pro varietate regionum diverſa ferantur Exemplaria, & Germana illa, antiquaque translatio corrupta ſit, atque violata."

Reſp. Aut loquitur S. Hieronymus de Verſionibus Latinis ex illa LXX. factis, quæ pene innumeræ erant, ac vitiata, & quas inter ſemper eminebat Vetus illa *Itala*, ſecundum eandem expreſſa; aut dici poteſt, Illam,

Illam, ut Juniorem, minus æquum ergo iſtam Verſionem fuiſſe, qui tamen Senior acrius ante dicta emolliit, teſtaturque, ſe non animo reprehendi LXX. Interpretes novam Interpretationem adornaſſe, ſed eo conſilio, ut dum ipſa Exemplaria latina inmediate ex Hebræo verſa eſſent, Latini cum Judæis diſputantes illos facilius poſſent convincere, teſtatur inſuper, ſe hanc ipſam LXX. Verſionem diligentiſſime emendaſſe. Apolog. 3. contra Rufinum: „ Mihi non licebit poſt LXX. Editionem, quam diligentiſſime emendatam ante annos plurimos meæ Linguæ Hominibus dedi, ac confundendos Judæos ipſa etiam Exemplaria vertere, quæ ipſi veriſſima confitentur, ut ſi quando adverſum eos Chriſtianis Diſputatio eſt, non habeant ſubterfugiendi diverticula, ſed ſuomet potiſſimum mucrone feriantur.“ Et Apolog. 2. „ Ego contra LXX. Interpretes aliquid ſum locutus, quos ante annos plurimos diligentiſſime emendatos meæ linguæ ſtudioſis dedi, quos quotidie in Conventu Fratrum ediſſero, quorum Pſalmos jugi meditatione decanto?“

Objic. II. Verſio, quæ a Textu originali 133
Hebræo plurimis in Locis diſcrepat, redundat, vel deficit, pro authentica haberi nequit. At talis eſt LXX. Ergo.

Reſp. Diſt. Si diſcrepet in iis, quæ fidem, & Mores concernunt. *Conc.* in aliis *nego.* Diſcrepantia præſertim eſt in Numeris,

quæ & in Hebræo occurrit, & quos Ecclesia non admodum curat, quæ & in Amanuenses refundi potest. „ Relege, inquit HIERONYMUS Epist. 132. ad Vitalem, Relege omnes veteris, & novi Testamenti Libros, & tantam Annorum reperies dissonantiam, & Numerorum inter Judam & Israel, id est, inter Regnum utrumque confusum, ut hæres hujusmodi quæstionibus non tam studiosi, quam otiosi Hominis esse videatur. “ Potuit & ista Varietas a diverso computandi modo provenire, Immo S. AUGUSTINUS confidenter arbitratur, Spiritum S. qui Hagiographos inspiravit, etiam LXX. Interpretes, ut hoc, non alio modo transferrent, direxisse. De Civit. Dei XVIII. 43. „ Spiritus, qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, Idem ipse erat etiam in LXX. Viris, quando illa interpretati sunt, qui profecto authoritate divina & aliud dicere potuit, tanquam Propheta ille utrumque dixisset, quia utrumque idem Spiritus diceret, & hoc ipsum aliter, ut si non eadem verba, idem tamen sensus bene intelligentibus illucesceret, & aliquid prætermittere, & aliquid addere, etiam ut hinc ostenderetur, non humanam fuisse in illo opere servitutem, quam Verbis debebat Interpres, sed divinam potius potestatem, quæ mentem replebat, & regebat Interpretis. “

134 Præter istam celeberrimam LXX. Versionem græcam, & aliæ in Oriente ab antiquo obtinent. Eminet illas inter *Paraphrasis* Chal-

Chaldaica, ex Hebræo pariter facta, sed liberalior, ad instar Commentarii V. saltem Christi Sæculo concinnata. *Syriaca*, tam Vet. quam Novi Testamenti, ex orientalium Traditione paulo post Apostolos adornata, qua utuntur hodie Maronitæ. *Æthiopica*, *Armenica*, *Coptica* Ægyptiorum. *Arabicæ* plures usum ad Alexandrinorum. *Persica*, *Gothica* per Ulphilam Gothorum Episcopum tempore Concilii Nicæni tentata, cujus meminere SOCRATES IV. 17. & SOZOMENUS II. 37. & nuper Codex aliquis *rescriptus* repertus fuisse dicitur, & spes Editionis facta est.

§. VII.

De Versione Vulgata, & ejus Authoritate.

Dudum ante D. HIERONYMI tempora 135
plures, immo prope innumeras exstitisse Versiones Latinas, quod V. T. ex illa LXX. Interpretatione, quoad Novum ex originali græco translatus, testantur HIERONYMUS Præfat. in Josue: „ Apud Latinos tot sunt Exemplaria, quot Codices, & unusquisque pro arbitrio suo vel addidit, vel subtraxit, quod ei visum est.“ Et S. AVGVSTINVS de Doctrina Christ. II. 11. „ Qui Scripturas ex hebræa lingua in græcam verterunt, numerari possunt: Latini autem Interpretes nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit Codex græcus, &

aliquantulum facultatis ſibi utriusque Linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari." Inter omnes autem una eminebat antiquiſſima, & reliquis emendatior, *Verborum tenacior cum perſpicuitate Sententiæ*, ut idem AVGVSTINVS ait loc. cit. cap. 15. quam & ibidem *Italam*, forte in Italia ad uſum Eccleſiæ Latinæ factam, HIERONYMUS *communem*, OROSIVS cum toto fere Occidente *Vulgatam*, S. GREGORIVS M. denique reſpectu novæ Hieronymianæ *Veterem* adpellant. Hujus quidem Author, ſi modo unicus fuerit incertus eſt; haud tamen ſine ratione ſuſpicari licet. Quemdam fuiſſe ex Apoſtolorum Diſcipulis, qui utiliſſimo ſane Conſilio Eccleſiæ Latinæ, ubi lingua græca non omnibus erat familiaris, iſtam Verſionem procurare voluit.

136 Quum vero temporis lapſu Liberariorum oſcitantia plures in eam Novi irrepſiſſent; S. HIERONYMUS diuturno Linquarum Studio ſeſe exercens, omnique adparatu inſtructus, novam ex Hebræo Verſionem adorſus eſt, duabus potiſſimum cauſis ad hoc Inſtitutum permotus. 1) Ne Judæi de falſitate Scripturarum Eccleſiis Chriſti diutius inſultarent, *Præfat. in Iſaiam*, adeſſetque in Eccleſia Verſio, quam vel ipſi Judæi faterentur fonti originali reſpondere. 2) Ut quæ ante Chriſtum obſcure translata fuerant, ea nunc, poſtquam impleta ſunt, verterentur clarius, ut obſervat Idem. Præfat. in Pentateuchum. Non placuit tamen mox omnibus, etſi Utiliſ-

ſimus

ſimus iſte S. HIERONYMI Labor. Quidam enim æmuli, & antiquitatis ut ut vitioſæ nimium tenaces, novitatis pruritum, & Verſionis LXX. contemtum eidem exprobrabant; quare neceſſum habuit pluribus Apologiis ſeſe purgare, præſertim adverſus RVFINVM, obtrectatorem ejus acerrimum; quin & pluribus Epiſtolis reſpondere S. AUGUSTINO, Hieronymi conatus eo præſertim non ſatis probante, quod fideles LXX. Interpretum Verſioni latine redditæ dudum adſueti, hanc mutationem ægre ferrent, & Eccleſia latina hoc modo a græca diſſentiret. Inde autem factum eſt, ut Licet Teſtamentum Novum Juſſu DAMASI P. R. græcæ fidei ab eo reſtitutum, ab omnibus fere Eccleſiis fuerit receptum, Verſio tamen V. T. ex hebræo facta, utpote ab illa LXX. ſæpenumero diſcrepans, non ubique obtineret, ſed ab aliis Vetus Itala retineretur, ab aliis nova Hieronymiana adoptaretur, utraque tempore S. GREGOR. M. & ISIDORI Hiſpalienſis indiſcriminatim uſurpata: donec tandem ex utraque una, tertia *Vulgata*, *communis* fuerit conflata, & tacito Univerſalis Eccleſiæ Uſu recepta, ac comprobata. De hac igitur dicendum, quinam Libri ex Veteri aut nova Verſione ibi exſiſtant, & cujus ſit Authoritas?

RESOLUTIO I. Hodierna Vulgata S. 137
Scripturæ Editio quantum ad Libros V. T. in canone Judæorum olim comprehenſos, excepto Pſalterio, non eſt Verſio antiqua Itala, ſed potiſſimum nova. S. HIERONYMI.

Prob. I. Verſio *Itala* expreſſa erat ſecundum illam LXX. cum ante HIERONYMUM nulla exſtiterit ex hebræo facta latina translatio. Atqui Lib. V. T. ut hodie in Vulgata leguntur, translati ſunt ex hebræo; Plures enim in Evangelio citantur Textus ex V. T. qui non exſtant in Verſione LXX. exſtant autem in Vulgata noſtra. v. g. *Ex Ægypto vocavi filium meum. Videbunt, in quem transpunxerunt.* De quibus HIERONYMUS Præfat. in Pentateuchum. Ergo non ſunt ex Vetere Itala, ſed nova Hieronymi.

138 *II.* Libri Prophetarum, quorum nova Verſio Latina ex Hebræo reperitur inter opera S. HIERONYMI, fere de Verbo ad Verbum cum noſtra Vulgata conſpirant.

III. Pleraque etiam, quæ obſervante HIERONYMO in antiqua aliter, quam in Hebræo legebantur, modo in Vulgata leguntur ut ex hebræo legendum cenſuit HIERONYMUS.

139 Dixi autem in Reſolutione Vulgatam hodiernam *potiſſimum* eſſe ex Verſione nova: Non enim *omnia* eidem prorſus reſpondent, quippe non nulla etiam cum Veteri & LXX. concordant, ubi hi ab Hebræo differant; cum tamen HIERONYMUS profiteatur, ſe omnia ſecundum Veritatem hebraicam transtuliſſe, & ubique differentiam LXX. ab hebræo adnotat.

RESO-

RESOLUTIO II. Psalterium Editionis 140
Vulgatæ, non est ex Versione nova S. Hieronymi, sed ex LXX. Vetere a LUCIANO Martyre, & ipso HIERONYMO emendata.

Patet hoc ex comparatione Vulgatæ cum Versione S. Hieronymi quæ exstat inter ejus opera.

Ratio autem, cur Vetus illa Psalmorum translatio retenta fuerit, hæc est; quia cum publico Psalmorum cantui in Ecclesia fideles ita essent assueti, ut plerosque Memoria callerent, non poterat ista Psalteria ex LXX. translati mutatio sine maxima Populi perturbatione introduci. „ Nam cum quidam Episcopus, ut scribit S. AUGUSTINUS Epistola X. ad HIERONYMUM de nova ipsius translatione, Lectitare instituisset in Ecclesia interpretationem tuam, movit quiddam longe aliter a te positum apud Jonam Prophetam, quum erat omnium Sensibus memoriæque inveteratum, & tot ætatum successionibus decantatum. Factus est tantus tumultus in Plebe, maxime græcis arguentibus, & calumniantibus calumniam falsitatis, ut cogeretur Episcopus Judæorum Testimonium flagitare. " Quantæ, quæso! Turbæ excitandæ fuissent, si Vetus Psalterii translatio, Populi Memoriæ magis impressa, abroganda, eique alia, non usitata, subroganda fuisset?

RESOLUTIO III. Libri Deutero-cano- 141
nici, qui nec hebraice scripti, nec in canone Judæo-

Judæorum erant, ut *Baruch*, *Epiſtola Jerimiæ*, ſeu caput ultimum Baruch, additiones ad *Danielem*, & *Eſther*, *Sapientia*, *Eccleſiaſticus*, & duo *Machabæorum*, exceptis *Tobia* & *Judith*, e Chaldaico translatis, non ſunt ex Verſione nova HIERONYMI, qui ipſus Teſtatur, ſe non niſi ex hebræo transtuliſſe. Nullæ etiam ad hos Libros exſtant ejus Præfationes, quas ille ſingulis a ſe Verſis præmiſit.

Inde autem conſtat, *Tobiam* & *Judith* ab HIERONYMO translatos fuiſſe, quoniam Libris illis præfatus, ſeque Interpretem teſtatus eſt.

142 RESOLUTIO IV. Novum Teſtamentum Vulgatæ Editionis ex antiqua Verſione habemus, ſed a S. HIERONYMO ad græcum Textum emendata.

Id ipſe teſtatur HIERONYMVS Lib. de Scriptor. Eccleſ. „Novum Teſtamentum græce fidei reddidi; vetus juxta Hebraicum transtuli:“ Sunt, qui non omnes N. T. Libros, ſed quatuor ſolum Evangeliorum ab HIERONYMO emendatos, in Vulgata legi arbitrantur; quia ipſe in Præfat. ad N. T. ad DAMASVM ſcribens, non niſi quatuor Evangeliorum meminit, & S. AVGVSTINVS Epiſt. 10. eidem gratias agit ob reſtitutum Evangelium. Forte autem prius quidem Evangelii, & aliquanto ſerius reliquos inſuper Libros, haud dubie etiam emendationis indigos, ſicque, ut ait, *Novum Teſtamentum* græcæ

fidei

fidei reddidit, quod inde verosimile sit; quia Textus antiquæ Versionis, quos HIERONYMVS alibi emendandos censuit, secundum hanc correctionem in hodierna Vulgata leguntur, sic Lib. I. contra Jovinianum illum Locum 1. Corinth. VII. 34. qui in Veteri Versione legebantur *divisa* est Mulier & Virgo, legendum judicaverat: Mulier *innupta* & Virgo: hoc modo in Vulgata legimus.

De hac igitur Editione Vulgata Concilium TRIDENTINVM Sess. IV. cap. 2. in De- 143
creto de Editione & Usu SS. Librorum hunc in modum pronuntiat. „ Sacrosancta Synodus considerans non parum Utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnibus latinis Editionibus, quæ circumferuntur SS. Librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat, statuit, & declarat, ut hæc ipsa Vetus & vulgata Editio, quæ longo tot Sæculorum Usu probata est, in publicis Disputationibus, Lectionibus, prædicationibus & expositionibus pro authentica habeatur, ut Nemo eam rejicere quovis prætextu audeat, & præsumat.“ Decernit ulterius, „ ut S. Scriptura potissimum vero hæc ipsa Vetus & Vulgata Editio, quam emendatissime inprimatur, nullique liceat inprimere sine examine & adprobatione Ecclesiastica, sub pœna anathematis, & pecuniaria.“ Huic igitur Operi Manum statim admovit PIVS IV. P. M. & lectissimis aliquot S. E. R. Cardinalibus, aliisque cum SS. Litterarum, tum Lin-

quarum

quarum peritiſſimis Viris hanc provinciam demandavit, ut Vulgatam latinam hactenus in Eccleſia Uſitatam adhibitis antiquiſſimus Codicibus Ms. conſultis etiam hebraicis græciſque Bibliorum Fontibus, ac SS. Patrum commentariis adcurate caſtigarent, & priſtino nitori reſtituerunt. Pio IV. demortuo in id ipſum opus incubuit Pivs V. quod poſtea ſub Gregorio XIII. ob alias graviſſimas Sedis Apoſtolicæ curas intermiſſum, denuo Sixtvs V. reaſſumſit, atqueo eousque perduxit, ut jamjam excuſum publicæ Luci eſſet deſtinatum. Aſt novo hujus Editioniis inſtituto Examine Pontifex oculatiſſimus, eamdem pluribus mendis, ex præli præſertim Vitio inductis, ſcatere deprehendens, totum opus ſub incudem revocandum cenſuit, ac decrevit, quod tamen omnibus numeris abſolutum, morte præventus, videre non potuit. Labori nihilominus ſemel incæpto ſub Sixti V. ſucceſſoribus Urbano VII. Gregorio XIV. Innocentio IV. inſiſtentes Viri eruditiſſimi eidem operi deſtinati, illud tandem ſub initium Pontificatus Clementis VIII. feliciſſime conſummarunt, ut totidem fere Verbis legere eſt in præfatione huic Editioni præfixa.

144 Hæc tamen cura & vigilantia non obſtat, quo minus viri Eruditi cenſeant, Leviores quosdam Nævos, qui tamen fidem & Mores non labefactant, Clementinæ huic Editioni adhucdum inhærere quod e ſequen-

tibus

tibus ejusdem Præfationis Verbis haud difficulter colligitur. „ Quamvis in hac Bibliorum recognitione, in Codicibus Msc. hebræis græcisque fontibus, & ipsis veterum Patrum commentariis conferendis non mediocre studium adhibitum fuerit; in hac tamen pervulgata Lectione sicut non nulla consulto mutata, ita etiam alia, quæ mutanda videbantur, consulto inmutata relicta sunt: tum quod ita faciendum esse ad offensionem Populorum vitandam S. Hieronymus non semel admonuit, tum quod facile fieri posse credendum est, ut Majores nostri, qui ex hebræis & græcis latina fecerunt, copiam meliorum, & emendatiorum Codicum habuerint quam ii, qui post illorum ætatem ad nos pervenerunt; qui fortasse tam longo tempore itendidem describendo minus puri atque integri evaserunt. "

Occasione igitur hujus Decreti Concilii TRIDENTINI quæritur, quo Sensu Vulgata Editio Latina *authentica* declarata, & an ipsis etiam originariis fontibus prælata fuerit?

RESOLUTIO V. Latina Vulgata Editio, 145
hoc ut dictum est modo, recognita, pro authentica, hoc est, originali suo conformi ab omnibus habenda est, etsi sua hebræis, græcisque fontibus authentia ademta non fuerit.

Prob. Pars I. Instrumentum apographum (non enim de authographo hic sermo est)

etiam

etiam in aliam Linguam translatum, pro authentico habendum eſt, quando originali ſuo conforme eſt, & 2.) de hac conformitate ſufficiente teſtimonio conſtat; Hac enim Ratione transſumtis omnibus, ut ajunt, *vindimatis* fides conciliatur. Atqui Latina noſtra 1.) originalibus quoad ſubſtantiam conformis eſt, & 2.) de hac conformitate ſufficiente teſtimonio conſtat. *Ergo.*

Prob. min. quoad 1.) Hæc Editio a) in quibusdam agnoſcit antiquum illum e græca LXX. Verſione tunc utique authentica, quia ab Chriſto & Apoſtolis uſurpata, & e græco originali, N. T. Interpretem, de cujus fidelitate & aptitudine in reddendo genuino ſenſu vel ideo dubitare fas non eſt, quia permittere Deus providentiſſimus non potuit, ut Eccleſia latina, cujus linqua in Titulo crucis ſacrata fuit, legitimo Verbo ſcripto careret. b.) In plerisque aliis Authorem vel emendatorem S. HIERONYMVM, qui licet in hac Verſione adornanda divinitus inſpiratus non fuerit, quod non nulli cenſent, omni tamen linquarum adparatu, Hexaplis ORIGENIS, aliisque Subſidiis adprime inſtructus, indefeſſo, ac diuturno Labore, inter preces ac Jejunia in hoc opus incubuit, ut merito credi poſſit, Spiritus S aſſiſtentiam in hocce tanti momenti Negotio, tamque Eccleſiæ neceſſario, eidem non defuiſſe; cum in hanc usque diem etiam ubi Vulgata ab Hebræo diſcrepat, nullus Error, qui fidem aut

aut Mores labefactaret, ab acerrimis criticis deprehendi potuerit, ut vel doctiſſimi inter Proteſtantes fatentur, quorum duos ſolum admetiri lubet. GROTIUS in annot. ad Vet. Teſtam. „ Vulgatum Interpretem ſemper plurimi feci, non modo, quod nulla dogmata inſolubria contineat, ſed etiam quod multum habet in ſe Eruditionis. " Et MILLIUS Prolegom. in N. Teſt. „ Veterem N. T. Italicam h. e. Latinam, Verſionem, ceu ad Exemplaria primæva compoſitam, ſumma veneratione proſequimur, ejusque vel ſemeſa fragmenta quælibet auro contra penſamus. - - - Hæc noſtra eſt de Vulgata Verſione Sententia, quam certe tantum abeſt, ut ad græcum excuſum quemcunque reformatam velim, ut contra optime cum ea actum exiſtimem, ſi Mſc. Exemplarium diligenter collatorum ope talis apud Poſteros prodeat, qualem eam edidit Hieronymus. "

Prob. min. quoad 2.) Hæc latina Verſio 146
ab Eccleſia Exordio longo tot Sæculorum uſu probata, in Conciliis adhibita, SS. Patrum commentariis illuſtrata, Populo expoſita, in profligandis hæreſibus, & ſtabiliendis fidei, ac Morum dogmatibus uſurpata, non modo tacitam Eccleſiæ adprobationem, immo & adverſantium commendationem ac corformitatis cum originali Teſtimonium conſtanter obtinuit, ſed noviſſime a TRIDENTINO Concilio Univerſam Eccleſiam, *Columnam & firmamentum Veritatis* repræſentante tan-

quam authentica, & Originali conformis declarata, & a doctiſſimis Viris ad originalia recognita fuit. Igitur ſufficienti, immo irrefragabili Teſtimonio conſtat, eam originariis fontibus quoad ſubſtantiam eſſe conformem.

147 *Prob. Pars II.* Textus originalis Veteris (N. 114.) & Novi Teſtamenti (N. 119.) cum Verſione LXX. (N. 125. 129.) a) ante Tridentinum Concilium incorruptus erat, & authenticus, & b) ipſum Concilium nullum huic authentiæ præjudicium creare voluit; Igitur adhuc authenticus eſt. *Prob. min.* quoad 2. Concilium nullam prorſus Vulgatæ cum originalibus comparationem inſtituit, ſed ſolum cum tot aliis latinis, quæ eo tempore circumferebantur, etiam Proteſtantium Verſionibus, ut ex ipſo Decreto (N. 143.) evidens eſt. Igitur fontes reliquit intactos, quos etiamnum authenticos eſſe oportet, quia ſecus Vulgata ex iis potiſſimum Verſa, & poſt Tridentinum ſecundum eos recognita ac emendata, authentica, ſeu originalibus ab ipſo Deo inſpiratis conformis, dici non poſſet, ſicque Univerſa Eccleſia puro Dei verbo etiam in rebus, fidem & mores concernentibus foret deſtituta, & tam diu deſtituta fuiſſet.

148 *Prob. II.* Theologi inſignes, qui Concilio Tridentino ipſimet intererant, teſtantur, mentem ejus nequaquam fuiſſe Verſionem originalibus præponere. Inter alios

Sal-

Salmeron Prolegom. 3. in Evang. „ Nihil de Exemplaribus græcis, vel hebræis agebatur: tantum inter tot editionis latinas, quas Sæcula noſtra parturierant, quænam ex illis præſtaret, Sermo erat. Liberum autem reliquit omnibus, qui Scripturas ſacras profundius meditantur, fontes græcos aut hebræos, quatenus opus ſit, conſulere, quo noſtrorum vitio Librariorum, aut temporum injuria corruptam emendare valeant. Licebit itaque nobis, ſalva Concilii authoritate, ſive græci, ſive hebræi Exemplaris Lectionem variam producere, eumque ut verum Bibliorum Textum expendere, & enarrare, nec tantum bonos Mores per eam ædificare, verum etiam fidei dogmata comprobare, & ſtabilire, atque adeo ab illis ſumere efficax Argumentum, tanquam ex textu Scripturæ ſumtæ.“ Vid. Card. Gotti de Verit. Relig. Chriſt. Tom. II. Cap. VII. §. II.

Objic. contra Partem I. Authoritas Vul- 149
gatæ Editionis mere humana eſt, eoquod nec vetuſtas ille Interpres *Italus*, nec S. Hieronymus Verſiones divina inſpiratione ex Codicibus non authographis, ſed apographis, ſeu Exemplaribus transſumtis, forte jam tunc corruptis adornaverint. Eo ipſo ergo de conformitate cum originali conſtare non poteſt.

Reſp. Quamvis utrumque inſpiratum fuiſſe certo non conſtet; iſtud tamen extra

dubium videtur, Deum ob ſpecialem Eccleſiæ ſuæ adpromiſſam aſſiſtentiam ita diſpoſuiſſe, ut Interpres Italus aut ipſa authographa N. Teſtamenti inſpiceret, aut uterque genuina Exemplaria ob oculos haberet, ſuasque Verſiones absque ullo gravis momenti errore conficeret, & originali conformem redderet. Iſtud aſſerendi fundamentum præbet Sapientiſſima Providentia Dei, Eccleſiæ ſemper invigilans, & verbi divini puritatem conſervans, tum & omnium Sæculorum conſenſus, quo conſtat, nullum unquam gravem Errorem in Vulgata deprehendi potuiſſe. Igitur Vulgatæ noſtræ authoritas intrinſeca, & *quoad ſe* divina eſt, propter conformitatem cum authographo Dei Verbo primitus S. Scriptoribus inſpirato; Extrinſeca autem & *quoad Nos*, eidem accedit ex Eccleſiæ teſtimonio, hanc Verſionis cum originali conformitatem declarantis: Quod quidem Eccleſiæ teſtimonium maximi facit Brianus WALTONUS Anglicanæ communionis Theologus de Textu originali differens, in Apparatu Biblii Prolegom. VII. n. 16. pag. m. 284. „Verſiones proprie authenticæ non ſunt, ſed authoritatem ſuam habent ex conformitate cum Libris originariis, ex quibus ſeu fontibus traductæ ſunt. Jam vero textus hebræos & græcos, quos hodie habemus, cum ipſis autographis convenire teſtimonium habemus ampliſſimum, & poſt Dei ipſius omnium certiſſimum, totius ſcilicet Eccleſiæ, tam loci quam temporis reſpe-

ſpectu Catholicæ, cui ſacrum hoc depoſitum a Deo concreditum eſt.“

Objic. II. Vulgata Editio ante Conci- 150
lium Trident. authentica non erat, quippe fatentibus ipſis Catholicis multis erroribus depravata, & poſt annos demum amplius quadraginta a fine Concilii utcunque expurgata. Igitur ut tunc erat, authentica pronuntiari non poterat.

Reſp. Diſt. Scatebat Erroribus, ipſorum Interpretum, & majoris momenti, quæ fidem labefactaſſent. *Nego.* Errores in multa Exemplaria amanuenſium, & typographorum vitio irrepſerant, qui tamen ex genuinis aliis, qui ſupererant, Codicibus emendari poterant. *Conc.* Concilium non unum aliquod individuum, aut plura Exemplaria authentica declaravit, ſed ipſam Verſionem vulgatam, prout in cumulo omnium Exemplarium tunc exſtabat, originali conformem declaravit, & Editionem caſtigatam, quæ primæ Verſioni reſponderet, procurandam mandavit.

Objic. III. Quæ modo exſtat Vulgata 151
Editio, etiam poſt SIXTI V. & CLEMENTIS VIII. recognitionem, non eſt ab omnibus nævis, & diſſonantiis cum originali exemta, quos adnotavit LUCAS Brugenſis, & Natalis ALEXANDER Diſſertatione in Vulgatam.

tam. Igitur pro authentica, & originalibus conformis haberi nequit.

Resp. Dato, quosdam adhuc ibidem reperiri nævos Librariorum oscitantia relictos, aut noviter inspersos; sunt tamen Leviores, qui fidei, & bonis Moribus non obstent. Fatetur id BELLARMINUS Lib. II. de Verbo Dei cap. 11. „ Ecclesia hanc Versionem non ita probavit, ut asseruerit nullos in ea Librariorum Errores reperiri, sed certos nos reddere voluit, in iis præsertim, quæ ad fidem & Mores pertinent, nulla esse in hac Versione Interpretum Errata. " Et in Epistola ad *Lucam* Brugensem „ De Libello ad me misso, cum variis Lectionibus Bibliorum Latinorum, gratias ago. Sed scias velim, Biblia vulgata non esse a nobis accuratissime castigata. Multa enim de industria justis de causis pertransivimus, quæ correctione indigere videbantur. " Quid quod ipsa Præfatio Bibliis Clementinis præfixa (N. 144.) hoc ipsum haud obscure fateatur.

152 *Objic. IV.* In Editione Vulgata etiam emendata exstant multi Barbarismi, & Textus plures cum originalibus non concordant.

Resp. Transeat, quoad Barbarismos; hi tamen Fidei, & bonis Moribus non officiunt; Immo excusari possunt. Nam Jacobus MARTIN, Benedictinus, Congregationis S. Mauri Monachus, in Libro: *Explication des plu-*

sieur

ſieur Textes de l'Ecriture, Paris 1730. multis conatur evincere, plura Verba, & loquendi modos, qui in Vulgata velut Barbariſmi traducuntur, in PLAVTO, aliisque Latinis Authoribus melioris ætatis inveniri. Ludovicus DE DIEU, adverſæ licet Partis, in notis ad Evangelia, ita de Vetere Interprete & Vulgata Editione loquitur: „ Si vulgatum Interpretem, quisquis is tandem fuerit, doctum, immo doctiſſimum Virum fuiſſe aſſeram, non me peccaſſe judicavero. Suos habet Nævos, fateor, habet & ſuos Barbariſmos; ſed quin paſſim fidem Judiciumque admirer, etiam ubi Barbarus videtur, negare non poſſum. " Illa demum, quæ ab originali diſcrepant; aut ſenſum non pervertunt: aut Numeros ſolum concernunt; aut ex Veteri Interprete & puriore Textu originali deſumta fuiſſe poſſunt.

§. VIII.

De Verſionibus Vernaculis S. Scripturæ, hujusque Lectione.

S. Scripturam in omnes fere gentium, 153
quæ Chriſto quondam Nomen dederunt, Linguas populares translatam fuiſſe, vix dubitari poteſt, quas tamen hic recenſere, extra Inſtitutum eſt, & legere poterit in P. LE LONG Bibliotheca ſacra, Parte II. cui volupe fuerit. Aliæ duæ Quæſtiones hic pertractandæ ſunt. 1. An fideles ſinguli divino præcepto ad evolvendas SS. Scripturas adſtricti

ſtricti ſint? 2. An ejus Lectio in Linguis popularibus vulgo interdicta, vel merito interdicenda ſit? Primum adfirmant paſſim Proteſtantes, & Paſchaſius QUESNELLUS quoque inter damnatas Propoſitiones LXXIX. & ſeq. eam cuique neceſſariam eſſe contendit, Nemine inde plane excluſo, quin & Injuriam fieri, quibus hæc Lectio prohibeatur.

154 Quoad alteram quæſtionem obſervandum. Quoniam Sæculo XVI. occaſione ſic dictæ Reformationis plurimi Libri hæretica Lue infecti, & ipſa Biblia ab heterodoxis in vernaculas linquas translata, paſſim ſpargebantur, & Periculum inminebat non modicum, ne ex iſtorum Librorum Lectione improvida plures ejusmodi erroribus inficerentur, & incaute ſeducti ab avita Religione diſcederent; Animadvertens Concilium TRIDENTINUM hunc ſuſpectorum & pernicioſorum Librorum Numerum nimis excreſcere, cenſuit, ut delecti ad hanc diſquiſitionem Patres de cenſuris, librisque, quid facto opus eſſet, diligenter conſiderarent, atque etiam ad eandem ſanctam Synodum ſuo tempore referrent. Quoniam vero Negotium ipſum durante Synodo non poterat ad umbilicium perduci, ejusdem Mandato, Romani Pontificis Judicio & authoritate terminandum commiſſum fuit, cujus etiam cura Index Librorum prohibitorum prodiit, cum aliquot Regulis, quorum quarta hunc in modum ſtatuitur: „ Cum experimento manifeſtum ſit, ſi ſacra

Biblia

Biblia vulgari lingua *paſſim ſine diſcrimine* permittantur, plus inde ob hominum temeritatem detrimenti, quam utilitatis oriri, hac in parte Judicio Epiſcopi aut Inquiſitoris ſtetur, ut cum conſilio Parochi vel confeſſarii, Bibliorum a Catholicis authoribus verſorum Lectionem in vulgari lingua eis concedere poſſint, quos intellexerint ex hujusmodi Lectione, non detrimentum, ſed Fidei atque Pietatis augmentum capere poſſe, quam facultatem in Scriptis habeant. Qui autem absque tali facultate ex legere ſeu habere præſumſerit, niſi prius Bibliis Ordinario redditis, Peccatorum abſolutionem percipere non poſſe &c. "

RESOLUTIO I. Fideles Laici univer- 155
ſim nullo Præcepto divino obligantur ad Legendam S. Scripturam.

Prob. Nullum ejusmodi Præceptum oſtendi poteſt ex V. Teſtamento. Ibi enim ſoli Regi præcipitur, ut non integram legem, tunc temporis exſtantem, ſed ſolum Deuteronomium, quod erat veluti Compendium, legeret. Deuteron. XVII. 18. 19. „ Poſtquam ſederit in Solio Regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis hujus in Volumine, accipiens Exemplar a Sacerdotibus Leviticæ Tribus; & habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ. " Cur ſpeciale datur Præceptum Regi, ſi Populus Hebræorum univerſus ad Lectionem S.Script. fuiſſet adſtrictus?

Sed neque ex Novo Teſtamento. Quum enim Apoſtoli ipſi nullum accepiſſent a Chriſto Mandatum, ut traditam a Magiſtro doctrinam Libris exararent, ſed viva voce Evangelium omni Creaturæ prædicarent; Hinc de legenda a ſingulis S. Scriptura nullum omnino vel Chriſti, aut Apoſtolorum extundi poteſt Præceptum.

156 *Objic. I.* Deuteron. VI. 5. Præcipitur Univerſo Populo præſertim Patribus familias, Lectio & Meditatio S. Scripturæ. „Erunt Verba hoc, quæ ego præcipio tibi hodie, in ore tuo, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, meditaberis in eis ſedens in Domo tua, & ambulans in Itinere, & dormiens, atque conſurgens, & ligabis ea quaſi Signum in Manu tua, eruntque & movebuntur inter oculos tuos, ſcribesque ea in Limine, & oſtiis Domus tuæ."

Reſp. Evidens eſt Integrum contextum legenti, non niſi de Præceptis Decalogi Sermonem eſſe, quæ facile inprimuntur Memoriæ. Hinc etiam ille Mos Judæorum, ut in Loris, ſeu membranis, quæ dicebantur *Phylacteria*, deſcriberent Decalogum, & capiti imponerent, de quibus S. HIERONYMUS in cap. 24. Ezechiel. „Ajunt Hebræi, hucusque Babylonios Magiſtros legis præcepta ſervantes Decalogum ſcriptum in Membranis circumdare capiti ſuo, & hæc eſſe, quæ jubeantur ante oculos & in fronte pendere, ut ſemper

semper videant, quæ præcepta sunt." Figuram ejusmodi membranarum exhibet Bern. Lamy in Apparatu Biblico pag. mihi 284. seq. Tab. VIII.

Objic. II. Deuteron. XXXI. 11. seq. præcipitur, Ut Anno septimo Remissionis legatur 157
in conventu omni Populi Mulierum, Parvulorum, Advenarum, Universa Lex.

Resp. Et hic quoque Sermo est de solo Deuteronomio, & de Cantico Moysis memoria tenendo, de quo cap. seq. Non igitur singulis præcipitur Lectio totius Scripturæ, sed ut summa Legis audientibus omnibus prælegatur, Id autem & inter nos observatur, ut Evangelium in vernacula Lingua Populo recitetur, & captui eorum exponatur.

Objic. III. Isaiæ XXXIV. 16. præcipitur: 158
„Requirite diligenter in Lege Domini, & legite."

Resp. Non præcipitur ab Isaia Universo Populo totius Legis Lectio, sed quoniam hoc capite prædixerat ultionem gentium, & perpetuam Idumeæ vastitatem, vult, ut advertant, omnia ad amussim fore implenda, quæ prædicta fuerunt. Hinc statim subjungit: „Unum ex his non defuit, alter alterum non quæsivit; quia quod ex ore meo procedit, ille mandavit, & Spiritus ejus ipse congregavit ea." Quando ergo ista evenient: requi-

requirite diligenter, & experiemi, tanto ante illa fuiſſe prænuntiata.

159 *Objic. IV.* Saltem CHRISTUS præcepit: „Scrutamini Scripturas." Joan. V. 39.

Reſp. I. Præcepit, non abſolute, nec omnibus; ſed ut, qui legunt, non perfunctorie id faciant, ſed *ſcrutando* legitimum ſenſum eruant.

II. Non ad omnes hæc dicta ſunt, ſed ad Legisperitos, cum quibus tunc diſputabat. Ait enim 23. Vos miſiſtis ad Joannem. Illi autem, qui Legatos ad Joannem miſerant, non erant de Plebe, quæ affirmantibus Phariſæis Joan. VII. 49. non novit legem, ſed ex Phariſæis.

III. *Scrutamini*, non hic uſurpatur imperative, ſed indicative, hoc ſenſu: Vos Scrutamini Scripturas, & illæ ſunt, quæ Teſtimonium perhibent de me.

160 RESOLUTIO II. Nec in Veteri, nec in novo Teſtamento usque ad Tempora Concilii TRIDENTINI exſtat aliqua Lex generalis, Lectionem Scripturæ Sacræ in Linguis vernaculis interdicens.

Prob. I. de Teſt. Vet. Non modo nulla Lex prohibens oſtendi poteſt, quin potius Exempla probant, paſſim a Judæis Lectam fuiſſe ſacram Scripturam in Linqua iisdem Vulgari.

1.) JERE-

1.) Jeremias Propheta populo in captivitatem migraturo, sollicite commendavit Scripturæ sacræ Lectionem.

2.) Sub ipsa captivitate Susanna a Parentibus suis secundum Legem Domini erudita fuisse dicitur Daniel XIII. 3.

3.) Populo e captivitate reverso, præcipua Esdræ cura fuit, ut sacras Litteras pristinæ integritati restitueret, usus characteribus novis, quibus Populus in captivitate adsuetus erat, legitque easdem coram promiscua multitudine, ut refertur 2. Esdræ VIII. 1. seq. „Congregatus est omnis Populus quasi Vir unus ad plateam - - - & dixerunt Esdræ, ut afferrent Librum Legis Moysis, quam præceperat Dominus Israel. Attulit ergo Esdras Legem coram multitudine virorum, & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, & legit in eo aperte in platea de mane usque ad mediam noctem in conspectu Virorum, ac Mulierum, & Sapientum, & aures omnis Populi erant erectæ ad Librum. - - & legerunt scribæ ex Libro Legis Dei distincte & aperte ad intelligendum, & intellexerunt, cum legeretur.“ Quodsi licebat audire; cur non & legere? Immo ipse Populus legit ibidem IX. 1. seq. „Convenerunt filii Israel in Jejunio & in sacco, & humus super eos, & separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena - - & consurrexerunt ad standum, & legerunt in Volumine Legis

Legis Domini Dei ſui quater in Die, & quater confitebantur, & adorabant Deum ſuum."

4.) Sub Perſecutione ANTIOCHI plurima S. Scripturæ Exemplaria, utique ad Lectionis uſum in Manibus Populi erant, & apud quemcunque inveniebantur, ſecundum Regis edictum trucidabatur. 1. Machab. I.

5.) Poſt divulgatam LXX. Virorum Verſionem Judæi Heleniſtæ, quibus græca lingua erat vernacula, ubique per orientem diſperſi, hac ipſa utebantur, indeque tot exemplaria ad Chriſtianos etiam pervenerunt.

6.) Ad usque CHRISTI & Apoſtolorum Tempora omni Sabbato in Synagogis S. Scripturæ Linqua Populo intelligibili prælegi ſolebant, a Legisperitis expoſitæ, ut habemus ex Act. Apoſt. XIII. 27. „ Qui enim habitabant Jeruſalem & Principes ejus, hunc (Chriſtum) ignorantes, & voces Prophetarum, quæ per omne Sabbatum legantur &c.„ & XV. 21. „Moyſes enim a Temporibus antiquis habet in ſingulis civitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omne Sabbatum legitur." Durat hæc conſuetudo & apud hodiernos Judæos, qui liberos ſuos ab unguiculis in S. Scriptura imbuunt, & in Synagogis recitant, antiquitatem ſuarum, quoad licet tenaciſſimi.

161 *Prob. II.* De Novo Teſtamento.

1.) Quum ille Dives in Inferno Sepul-

tus

tus rogaſſet Abraham, ut mitteret Lazarum ad fratres ſuos Superſtites, ne & ipſi veniant in hunc Locum Tormentorum; reſponſum eidem fuit: Luc. XV. 29. „Habent Moyſen & Prophetas; audiant illos.“ Quibus utique Verbis ad legendam S. Scripturam obligantur, aut certe audiendum.

2.) Eunuchus Reginæ *Candacis* in Itinere, curru vectus legebat Iſaiam Prophetam Act. VIII. 30. quod denuo indicium eſt priſtini Moris.

3.) S. PAULUS Timotheum Laudat, quod ab Infantia ſacras litteras noſſet 2. Tim. III. 15. edoctus nimirum ab avia *Loide*, & Matre ſua *Eunice* ibid. I. 5.

4.) Judæi *Beroënſes* ad PAULI in Synagoga prædicationem: „ſuſceperunt Verbum cum omni aviditate, quotidie ſcrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent Actor. XVII. 11. h. e. allegata a PAULO V. T. oracula ſedulo conſulentes, ſeque in fide firmantes. Nec intereſt, quod dicantur fuiſſe *nobiliores*; comparantur enim cum Theſſalonicenſibus, quos illi docilitate ſuperabunt. Statim enim ſubjungitur: 12. „Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum gentilium honeſtarum, & Viri non pauci“ His autem omnibus Locis Sermo eſt de Verſione græca LXX. Judæis & gentibus familiari.

5. S.

5.) S. Paulus, cæterique Apoſtoli Epiſtolas ſuas inſcripſerunt omnibus Fidelibus in Loco particulari, vel per orbem diſperſis, & quidem in Linqua iisdem Vernacula, ut ex inſcriptionibus ſingularum patet. Quin Paulus 1. Theſſalonicenſes III. 17. „adjurat per Dominum, ut legatur Epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus." Vult ut cum Lecta fuerit apud Coloſſenſes Epiſtola hæc, faciant, ut & in Laodicenſium Eccleſia legatur, & quæ Laodicenſium eſt, Coloſſenſes legant. Coloſſ. IV. 16. Quid autem inter audire, & legere intereſt? Immo legens facilius meditari, & ruminari poteſt.

162 *Prob. III.* SS. Patres Latini, & græci non modo nullibi afferunt, prohibitam eſſe Vulgo S. Scripturæ Lectionem; quin potius, ceu utiliſſimam vehementer commendant promiſcuo Hominum Sexui ac conditioni. Duos ſolum proferam,

1.) Ex Latio S. Hieronymum, qui non Viros modo, ſed & feminas omnis ætatis & conditionis ad ſcripturarum SS. Lectionem quotidianam, etiam Memoriæ inprimendam, hortatur. Epiſt. XII. ad Gaudentium docet, quomodo Pacatulam adhuc Infantem, Virginitati deſtinatam, educare debeat. „Cum Virgunculam rudem, & edentulam ſeptimus annus acceperit, & cœperit erubeſcere, ſcire, quid taceat, dubitare quid dicat: diſcat memoriter Pſalterium, & uſque ad Annos puber-

pubertatis Libros Salomonis, Evangelia, Apoſtolos & Prophetas ſui Cordis theſaurum faciat " Epiſt. VII. ad LÆTAM de inſtituenda filia: „ Diſcat primo Pſalterium, his ſe canticis avocet, & in Proverbiis Salomonis erudiatur ad Vitam. In Eccleſiaſte conſueſcat, quæ Mundi ſunt, conculcare. In Job Virtutis & Patientiæ Exempla ſectetur. Ad Evangelia tranſeat, nunquam ea poſitura de manibus. Apoſtolorum Acta, & Epiſtolas tota cordis inbibat Voluntate. Cumque Pectoris ſui cellarium his opibus locupletaverit, mandet Memoriæ Prophetas. Heptateuchum, & Regum, & Paralipomenon Libros Esdræ quoque & Eſther Volumen. Ad ultimum ſine Periculo diſcat Canticum Canticorum, ne ſi exordio legerit, ſub Carnalibus verbis Spiritualium Nuptiarum Epithalamium non intelligens, vulneretur. " Denique in PAULÆ Romanæ elogium ſcribit : „ Poſt Virorum Monaſterium, quod Viris tradiderat gubernandum, plures Virgines, quas e diverſis Provinciis congregarat, tam nobiles, quam medii & infimi generis, in tres turmas, Monaſteriaque diviſit. Ita duntaxat, ut in opere & cibo ſeparatæ, Pſalmodiis & orationibus jungerentur. - - Mane Hora tertia, ſexta, Nona, Veſpere, Noctis medio per ordinem Pſalterium cantabant. Nec Licebat cuipiam Sororum ignorare Pſalmos, & non de Scripturis Sanctis quotidie aliquid diſcere. "

163 2.) E Græcis audiatur S. Joannes CHRYSOSTOMUS, qui in publicis Sermonibus ad Promiſcuam Plebem habitis eam non modo a S. Scripturæ Lectione non prohibet, ſed potius reprehendit, quod eam negligeret. Homil. XXX. in Joan. „ Quis noſtrum, quæſo, repetita domo aliquod Chriſtiano dignum opus adgreditur? Quis Scripturarum Senſus perſcrutatur? Nemo ſane, ſed alveolos, & Talos frequenter inveniemus, Libros quam rariſſimos: quos ſi qui habent, ac ſi non haberent, clauſos in Scriniis ſervant, vel omne ſuum ſtudium in Membranarum tenuitate, ac Litterarum Characteribus quam pulcherrimis conſumunt, non ut legant, non ut Uſum inde aliquem conſequantur, ſed ut divitias & ambitionem oſtendent; in his ſtudent. - - Non autem Libros comparari prohibeo, ſed admoneo, & majorem in modum rogo, ut eos comparemus, ita tamen, ut & Litteras & ſenſus frequenter animo repetamus, ut hoc pacto Mundus efficiatur." Homil. IX. in Epiſt: ad Coloſs. exponens illa Verba: *Verbum Chriſti habitet abundanter in vobis*, ſic omnes adloquitur Laicos: „ Audite, quicunque eſtis mundani, & Uxori præeſtis, & Liberis, quomodo vobis quoque maxime mandet (ſuadeat) legere Scripturas, & non leviter, nec temere, ſed magno ſtudio, & diligentia. - - Vide autem hujus Beati prudentiam: Non dixit, Verbum Chriſti *ſit* in Vobis ſolummodo, ſed quid? *inhabitet abundanter*, & copioſe, *In omni Sapientia docen-*

docentes & commonentes vosmet ipsos. - - Neque alium exspectes Doctorem ac Magistrum. Habes Dei eloquia, Nullus te docet, sicut ille. - - Audite, quæso, vos omnes, quibus Curæ sunt quæ ad hanc Vitam pertinent, & parate vobis Libros, medicamenta Animæ. Si nullos alios vultis, novum quidem certe Testamentum vobis parate, Apostolorum Actus, Evangelia, Magistros perpetuos. Si Dolor occiderit, tanquam in Medicamentorum Apothecam accipite. -- Hoc est omnium Malorum Caussa, nescire Scripturas. Absque Armis imus ad bellum, & quomodo oportet esse salvos?" Sed neque rudiores ab hac Lectione vult esse exclusos, Sermone III. de Lazaro: „Quid igitur, inquiunt, si non intelligimus ea, quæ continentur Libris? *Respondet*: Maxime quidem, etiamsi non intelligas illic recondita, tamen ex ipsa Lectione multa nascitur Sanctimonia. Quamquam fieri non potest, ut omnia ex æquo ignores. Propterea siquidem Spiritus gratia dispensavit illa, temparavitque, quo Publicani, Piscatores, Tabernaculorum Opifices, Pastores, & Caprarii, Idiotæ, illiterati, per hos Libros salvi fierent, ne quis Idiotarum ad hanc Difficultatis confugere posset excusationem. Ut omnibus facilia conspectu essent ea, quæ dicuntur, ut & opifex, & famulus, & Vidua mulier, & omnium Hominum indoctissimus: ex ea Lectione aliquid Lucri reportaret." Atque ita tandem concludit: „ Prætextus iste est, & excusatio. Non intelligis, quæ, in-

 sunt.

ſunt. Quomodo poſſis aliquando intelligere, quæ ne leviter quidem inſpicere velis? Summe Librum in manus, Lege Hiſtoriam omnem, & quæ nota ſunt Memoria tenens, ea quæ obſcura ſunt & parum manifeſta, frequenter percurre. Quodſi non poteris aſſiduitate Lectionis invenire, quod dicitur, accede ad Sapientiorem, vade ad Doctiorem, communica cum his ea, quæ ſcripta ſunt, declara vehemens ſtudium. Et ſi viderit te Deus tantam animi promtitudinem adhibere, non diſpiciet tuam vigilantiam, ac ſolicitudinem. Verum etiamſi nullus Homo te docuerit, quod quæris, ipſe ſine dubio reſerabit. Memento Eunuch, Reginæ Æthiopum.“

164 *Prob. IV.* Negari nequit, jam ab antiquiſſimis Temporibus SS. Biblia in Linguas vernaculas fuiſſe translata. De Ulphila Gothorum Epiſcopo circa tempora Concilii Nicæni I. ſcribit Socrates H. E. IV. 33. „Sacris Scripturis in Gothorum Linguam converſis effecit, ut Barbari divina eloquia perdiſcerent.“ Certum pariter eſt ſub Carolo M. aut filio ejusdem Ludovico *Pio* ea in linguam Theotiſcam, ſeu veterem germanicam verſa fuiſſe. Vid. Le Long Biblioth. Sacra Tom. II. cap. 9. Sectione I. & II. Idem dicendum de Bibliis Anglo-Saxonicis, Sæculo VIII. procuratis ibidem Cap. X. Sect. III. De Verſione Sclavonica, quam ex pervetuſta Traditione S. Hieronymo Dalmatæ adtribuit Innocentius X. R. P. in Decreto Pſal-

Psalterii hac Lingua Romæ editi apud *Le Long* cap. XI. pag. m. 346. certius est, eam a CYRILLO & METHODIO Hæc IX. procuratam, & a JOANNE VIII. Summo Pontifice probatam fuisse in Epistola 247. ad ZWENTIPULCUM Moraviæ Principem, ubi hunc in modum eloquitur Pontifex. „ Litteras denique Sclavonicas a Constantino quodam Philosopho repertas, quibus Deo Laudes debitas resonent, jure laudamus, & ut in eadem lingua Christi Dei nostri præconia & opera enarrentur, jubemus. Neque enim tribus tantum linguis Dominum laudare authoritate sacra monemur, quæ præcipit dicens: *Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi.* Et Apostoli repleti Spiritu S. loquuti sunt omnibus linguis Magnalia Dei. Hinc & Paulus cælestis quoque Tuba insonat, monens, *omnis Lingua confiteatur, quia Dom. N. J. Christus in Gloria est Dei, Patris.* De quibus etiam in prima ad Corinthios Epistola satis manifeste nos admonet, quatenus linguis loquentis, Ecclesiam Dei ædificemus. Nec sanæ fidei vel Doctrinæ aliquid obstat, sive Missas in eadem Sclavonica lingua canere, sive Evangelium vel Lectiones divinas Novi & Vet. Testamenti bene translatas & interpretatas legere, aut alia Horarum officia psallere. Quoniam qui fecit tres linguas principales, hebræam scilicet græcam, & latinam, ipse creavit & alias omnes ad Laudem, & Gloriam suam. “

Vid. MARTENE de antiquis Ecclesiæ Ritibus Tom. I. Lib. I. Cap. III. Art. II. pag. m. 101.

165 Ut autem jam reliquas Bibliorum Versiones vernaculas aliorum linguarum præteream; Quis nescit, dudum ante LUTHERUM & manuscripta, & typis inpressa plurima exstitisse Bibliorum germanicorum Volumina, quibus dein accesserunt Versiones DIETENBERGERI, incomparabilis nostri ECKII, EMSERI, ULLENBERGERI, ERHARDI, CARTIERII, ac novissime Celsissimi ac Reverendissimi Episcopi Passaviensis e Comitibus DE THUN, qui ad usum amplissimæ Diœceseos suæ, illarum præcipue ovicularum, quæ Protestantium Versionibus occulte delectabantur, Novum Testamentum e græco in patriam linguam nitide transtulit, notulis illustravit, ac Ejus Partem priorem jamjam Typis inprimi fecit, S. C. R. & apostolicæ Majestati inscriptam, datarus & alteram, nisi vigilantissimum Episcopum pastoralibus curis & lustrandis Ecclesiis occupatum Mors inopinata suis eripuisset, verius, cælum sibi vindicasset. Quorsum autem istæ Versiones, cum ab ordinariis Locorum adprobatæ, tum ab ipsismet procuratæ? Nisi ad usum fidelis Populi, sano & sacratissimo Pabulo nutriendi, roborandi, perficiendi, ut in consolationibus Scripturarum spem haberet, & omnem collocaret.

RESO-

RESOLUTIO III. Ecclesia justas habuit 166
causas, *promiscuam* S. Scripturæ in linguis vernaculis Lectionem per Regulam IV. Indicis prohibendi, 2.) quæ tamen in Germania aut nunquam recepta, aut contraria consuetudine abrogata fuit.

Prob. Pars I. Quando ejusmodi sunt circumstantiæ, ut Usus Rei de se bonæ ac optimæ, alias utilissimus, incipiat fieri noxius, aut saltem periculosus; Ille, qui curam Reipublicæ gerit, hujusmodi Usum subditis suis merito interdicit, ad propriam ipsorum Salutem. Sic ingruente Animalium, aut Piscium Lue, merito eorum commestio vetari potest. Atqui Sæculo XVI ejusmodi erant circumstantiæ, ut vulgus *promiscuum* ex Lectione Scripturarum, quarum Versiones plurimum infictæ, hæretico veneno infectæ, ac depravatæ, a Protestantibus procuratæ passim circumferebantur, nec tamen a quolibet discerni poterant, plus periculi & detrimenti quam utilitatis capere posset. Ergo Ecclesia, quæ ut sollicite Mater saluti filiorum suorum invigilabat, ejusmodi periculum ab illis avertere, & a periculosis Pascuis oves suos removere potuit. Iisdem rationibus permoti Patres Concilii THOLOSANI an. 1118. & 1229. celebrati sanxerunt cap. 12. „Prohibemus etiam, ne Libros Veteris Testamenti aut Novi Laici permittantur habere, nisi forte Psalterium pro divinis officiis, aut Horas B. Mariæ aliquis ex devotione habere velit, sed ut præ-

missos Libros habeant in vulgata (vernacula) translatos, arctissime inhibemus." Haud dubie, quod Albigenses eo tempore quassantes eos perverterint. Prohibuerat etiam Concilium *Oxoniense* Anno 1408 celebratum cap. 7. contra Joannem Wiclefum, ne Textus aliquis Scripturæ in linguam anglicanam de cetero transferatur; vetans sub Excommunicationis Majoris Pœna, ne legantur hujusmodi Libri a Joanne Wiclefo compositi, aut componendi. Quod jam olim contigerat referente Cassiano Collatione X. ut ex improvida Scripturarum Lectione absurdissimi exorti fuerunt Antropomorphitarum Errores. Id etiam Teste Ænea Sylvio, postea Pontifice Max. sub Nomine Pii II. Lib. de orig Bohemor. Hereb & Thaboritis in Bohemia accidit. Ex eademScripturæ Lectione vernacula Georgius David Batavus, nullarum, nisi patriæ linguæ gnarus, se Messiam ac Dei filium demonstrare voluit, maximis inde secutis Turbarum Motibus.

167 Neque vero inde sequitur Verbum Dei ipsum a nobis noxium haberi, aut S. Scripturam Indici Librorum prohibitorum fuisse insertam, quod calumniantur ex adverso.

Absit! utilissima est, sed non unicuique: quemadmodum & cibus saluberrimus corrupto, debili, aut indignanti Stomacho non semper conducit. Nec etiam per Regulam IV. Indicis S. Scripturæ etiam in linguis verna-

naculis Lectio *univerſim omnibus* interdicta eſt, ſed permiſſa omnibus, qui de Judicio Epiſcopi & Confeſſarii ex hujusmodi Lectione Bibliorum a Catholicis Authoribus verſorum, non damnum, ſed Fidei, ac Pietatis augmentum capere poſſunt. Quibus enim Lectio iſta nocere providetur; Illi jam jure Naturæ inde arcentur, quacunque lingua, etiam originali Scripturam evolvant.

Prob. Pars II. Regula IV. Indicis ad 168
Leges humanas, & diſciplinares referenda eſt, quæ ab Epiſcopis vel nunquam acceptatæ, aut iis tacite conſentientibus, nec Legem urgentibus, contraria conſuetudine abrogari poſſunt. Ita ſe res habere videtur circa hanc Regulam in germania, ubi plerisque ſaltem in Locis obtinuit formula Caroli V., ſtatuens, *ut Populus legat Sacræ Libros*, quorum Lectionem Epiſcopi non prohibent, & paſſim vident proſtare venales in officinis & catalogis Bibliopolarum, atque ut Serrarius in Prolegomen. Bibl. cap. XX. Quæſt. 3. „ Non modo, ait, non inprobant Epiſcopi, Parochi, Confeſſarii, ſi quis Ekii, aut Dietenbergeri (addam P. Erhard, Cartier, Celſiſſimi Epiſcopi Paſſavienſis Joſephi *Thunii*) nulla diſerte petita facultate legat, quaſi jam facultas ea communis ſit, neque Pœnam infligunt ullam, prout quotidiana docet experientia, & ſatis ſignificat Bellarmini Propugnator Gretſerus Lib. 2. cap. 15. pag. 767. „ Pariter Paulus

LAYMAN in Compend. Theol. moral. Lib. 2. Tract. I. de Fide cap. 15. " Regula quarta prohibentur Biblia vulgari Idiomate: ſed non eſt recepta in Germania. "

Quoniam vero non deſunt inter Catholicos, qui omnem Populum a Lectione S. Scripturæ vernacula, tanquam periculoſa, arcendum eſſe exiſtimant; eorum argumentis breviter ſatisfaciendum eſt.

169. *Objic. I.* Qui S. Scripturam, utpote non rite intellectam, facile depravant ad ſuam, aliorumque perditionem, illis merito interdicitur. Atqui rudicula Plebs, utpote indocta, & inſtabilis, eam non rite intelligit, & facile depravat, ut ait S. PETRUS 2. Ep. III. 16. „ In Epiſtolis Pauli ſunt quædam difficilia Intellectu, quæ indocti & inſtabiles depravant ad ſuam ipſorum Perditionem. " Ergo.

Reſp. I. Qui Scripturas Sacras depravarunt, & Heræſeon Authores exſtiterunt. Plerumque Litterati erant, & Eccleſiaſtici, eam non in vernaculis ſed ſacris linquis legentes: Nec tamen ea propter Lex generalis ſtatuenda erat, qua omnibus doctis, propter aliquorum abuſum, interdiceretur illa Lectio.

II. Ubi Perverſionis periculum adeſt, jam Lex naturalis Lectionem prohibet.

III. Etſi in Epiſtolis PAULI quædam difficilia ſint; non tamen omnes Scripturæ Loci

Loci ita comparati sunt, ut cum fructu Legi nequeant ab humili & docili Animo.

Objic. II. S. BASILIUS M. referente THEODORETO H. E. IV. 16. coram VALENTE Imp. de rebus divinis verba faciens, cum ei obloqui vellet DEMOSTENES Culinæ Præfectus, hunc in modum eidem respondit: „Tuum est Jusculorum condimenta curare; divina enim Dogmata, cum obstructas aures habeas, audire non potes.“ 170

Resp. Nihil hic de Lectione S. Scripturæ, sed de expositione Catholici Dogmatis, quæ ad Theologiam, non ad focum pertinet.

Objiciunt. III. Idem S. BASILIUS Epistola ad *Chilonem*: „Ex veteris Testamenti Lectione identidem non pauci noxam contraxerant; non quia Scripturæ illæ ulla ex parte noxiæ sint, quando id contingit per infirmam eorum, qui noxam contrahunt, mentem. Panis suapte natura comparatus est nutriendo Corpori, tametsi noxam adfert infirmo.“ 171

Resp. Quid aliud inde sequitur? nisi, non omnem Scripturæ Librum omnibus esse proficuum. Minime autem, omnium Lectionem omnibus esse interdicendam, quod ipsius BASILII Menti loco citato repugnat, qui hæc præmiserat: „crebram Lectitationem, præsertim novi Testamenti, ne levi ex causa

causa prætermiseris, quod ex Veteris Lectione &c. " ut in objectione.

172 *Objic. IV.* S. GREGORIUS Nazianzenus orat. I. testatur, Judæis passim omnibus non fuisse permissam Scripturæ Lectionem. „ Hebræorum Sapientes hanc olim Hebræis Legem fuisse narrant inprimis rectam & Laude dignam, qua non *cuivis* ætati, *quivis* Scripturæ Liber concedebatur: Nam ne hoc quidem utilius esse, quando quidem nec tota statim a quolibet percipi possit, ac quod in ea reconditius est, ob externam speciem imperitioribus plurimum detrimenti afferre possit. "

Resp. Sapientissima Lex, etiam pro Lectione in Linquis Sacris, quam & S. HIERONYMUS Epist. ad *Lætam* (Num. 162.) observandam voluit. Addit vero statim S. GREGORIUS Naz. „ Alii Libri ab Initio cunctis patebant & communes erant. - - Alii autem his duntaxat, qui vicesimum quintum ætatis annum excessissent, committebant eis. " Hæc igitur Judæorum Lex erat generalis, Licitum cuique esse Sacras legere Scripturas, hac cum exceptione, ut ante annum XXV. aut XXX. non legeretur Initium Genesis, Initium & finis Ezechielis, & Canticum Canticorum, cum propter obscuritatem, tum ob periculum, ne carnaliter a Juvenibus intelligeretur, quæ de amore Sponsi & Sponsæ dicuntur, ut etiam S. HIERONYMUS advertit.

§. IX.

§. IX.

De Multiplici Senſu, & legitima Interpretatione S. Scripturæ.

Proteſtantes, quoniam S. Scripturam 173
pro unico & adæquato credendorum & agendorum Principio agnoſcunt, rejectis divinis Traditionibus, & Eccleſiæ authoritate; hinc ex conſequenti contendunt, eam in iſtis rebus adeo claram & perſpicuam eſſe, ut ab omnibus ſana ratione prædictis evolvi debeat, & intelligi poſſit: etſi ſimul non diffiteantur, eam ex parte objecti, prout Myſteria complectitur rationem excedentia, uti Trinitatis, Incarnationis &c. obſcuram eſſe, propriis nihilominus Verbis atque perſpicuis annuntiata. Catoholici econtra, quamvis unicum & adæquatum fidei Principium venerentur Verbum Dei, illud tamen non modo ſcriptum, ſed & *Traditione* acceptum docent, ejusdem utrumque divinæ authoritatis, ut cap. ſeq. dicetur. Hinc & Scripturam hoc ſenſu negant eſſe perfectam & unicam credendorum Normam, & utut in quibusdam clara ſit atque perſpicua, multis tamen in Locis obſcuram eſſe & intellectu difficilem, pluribus obnoxiam ſenſibus & variæ Interpretationi, quæ quidem ut legitima & ab errandi periculo inmunis ſit, nec ex ſola ſacra Scriptura, nec ex Spiritu cujusque privato, ſed ex Eccleſiæ Catholicæ authoritate haberi queat. Primo igitur de obſuritate S. Scripturæ, ejusque

legitima interpretatione; Poſtea vero de multiplici ejusdem Senſu, & generalibus quibusdam interpretandi Regulis dicenda ſunt non nulla.

174 RESOLUTIO I. Sacra Scriptura non ubique clara atque perſpicua, ſed ſæpe Intellectu difficilis eſt.

Prob. I. E S. Scriptura, quæ de ſui obſcuritate ipſa teſtimonium præbet. Pſ.CXVIII. rogat hagiographus inſpiratus: „ Da mihi Intellectum, & ſcrutabor legem tuam. " In quæ verba AMBROSIUS Serm. X. in cit. Pſalm. „ Si Propheta Intellectum ſibi dari poſtulat; Quis tam arrogans, qui profiteatur, in ſua poteſtate eſſe intelligentiam. " PHILIPPUS Diaconus, quum videret Eunuchum Reginæ Æthiopum legere ISAIAM Prophetam, interrogat: Putasne, intelligis, quæ Legis? cui ille ignorantiam faſſus, repoſuit: Et quomodo poſſum, niſi aliquis oſtenderit mihi? Actor. VIII. S. PETRVS (N. 169.) allegatus, fatetur in Epiſtolis PAULI eſſe quædam difficilia Intellectu. Apoſtoli ab ipſomet Chriſto imbuti, & continuo ab ejus ore pendentes, dicebant intra ſe Joan. XVI. 18. „ Quid eſt hoc, quod dicit Modicum? neſcimus, quid loquitur. " CHRISTUS ad eosdem ait Joan. XVI. 11. „ Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo; cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. " Ad PETRUM dixerat

rat ante Lotionem Pedum Joan. XIII. 7. „Quod ego facio, tu neſcis modo; ſcies autem poſtea.“ An magis acuti & perſpicaces ſunt de Plebe Proteſtantium, qui omnia portant, & ſciunt, quæ nondum intellexerant Apoſtoli, & illi etiam Diſcipuli euntes in Emaus? quibus CHRISTUS ſe viæ comitem jungens. „Et incipiens a Moyſe & omnibus Prophetis interpretabatur, illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant.“ Luc. XXIV. 27. Et dixerunt illi ad invicem 32. „Nonne cor noſtrum ardens erat, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas,“ utique prius obſcuras & quaſi clauſus. Poſthæc CHRISTUS adparuit undecim Apoſtolis congregatis 45. „& aperuit illis Senſum, ut intelligerent Scripturas“ utique non intellectas. Legatur hac ſuper re Epiſtola S. HIERONYMI ad *Paulinum*, ad calcem Bibliorum Editionis vulgatæ reperiunda, quam omnibus vehementer commendo.

Prob. II. S. Scriptura conſiderari poteſt 175
a) vel objective, quoad res quas proponit; hæc ſunt ſublimia Myſteria, Vaticinia, quæ paſſim occurrunt in Prophetis ſub variis ænigmatibus involuta, nec cujuslibet Oedipo ſolvenda, quum & Quæſtiones naturales de Herbis, Plantis, Animalibus, aliaque Phœnomena, etiam peritos in arte non raro morentur. Vel b) ex parte modi, quo res enarrantur; & ſic quoque obſcura & perplexa eſt non raro Oratio, propter varios linguæ græcæ

ac

ac hebraicæ Idiotiſmos, metaphoras, figuratas dictiones, occurrentes aliquando antilogias ſaltem adparentes, aliosque loquendi modos ambiguos.

176 *Prob. III.* Si tam clara foret S. Scriptura, ut Proteſtantes jactant, cur tam diverſæ ſunt tamen Interpretationes alicujus Loci, qui præ aliis minus implicatus videtur, ut hujus: *Hoc eſt corpus meum*, cujus ducentas Proteſtantium & diſcordantes expoſitiones collegit Chriſtophorus RASPERGERUS Anaſartenſis? quæ quidem novaturientium diſona expoſitio LUTHERUM permovit, ut Libr. I. contra *Zwinglium* & *Oecolampadium* ſcriberet. „ Si diutius ſteterit Mundus, iterum fore neceſſarium, ut propter diverſas Scripturæ Interpretationes, quæ nunc ſunt, ad conſervandam Fidei Unitatem, Conciliorum Decreta recipiamus, atque ad ea confugiamus. " Saluberrimum Conſilium, & facillima Unionis reſtituendæ Via! Idem non dubitat aſſerere in Præfat. ad Pſalmos: „ Scio eſſe inpudentiſſimæ temeritas eum, qui audeat aſſerere, unum Scripturæ Librum a ſe in omnibus Partibus intellectum. „

177 *Opponit. I.* Illuſtris MOSHEMIUS in Elementis Theolog. Dogmat. Prolegom. cap. II. §. XVII. „ Omnis Sapiens, qui alium vult erudire & inſtituere, mentem ſuam planis, ac perſpicuis verbis proferre debet. Quicunque enim erudire vult, & ita loquitur, ut alter

alter eum non intelligat, is profecto inſipiens eſt: Atqui Deus infinite Sapiens eſt, & per S. Scripturam nos erudire vult &c. 2. Tim. III. 15. „ Sacræ Litteræ te poſſunt inſtruere ad Salutem per fidem quæ eſt in Chriſto Jeſu. Omnis Scriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in Juſtitia, ut perfectus ſit Homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. " Ergo.

Reſp. I. Diſt. maj. Omnis Sapiens &c. qui vult per *ſolam* Scripturam *immediate* erudire, & vi ejusdem Sapientiæ, atque Libertatis ad extra illimitatæ non habet rationem ſufficientem obſcure loquendi, debuit perſpicuis Verbis uti &c. permitto *Maj.* aliter Nego, & ſic *diſt. min. neg. conſeq.* Multa quidem credenda, & agenda ſat clare expreſſa ſunt, non tamen omnia. Alioqui cur in fundamentalibus quoque Fidei articulis tanta inter Acatholicos differentia, ſi illa tam clare enuntiata ſunt ? Nec voluit Deus nos erudire *ſola* Scriptura, utpote multis ante MOYSEN ſæculis nondum exſiſtente, ubi tamen eadem fere credenda erant traditione accepta. Sed Deus voluit adhibere olim Legisperitos in Cathedra Moyſis ſedentes, nunc Magiſtram Eccleſiam, quæ obſcurius, vel ambigue edita, cum authoritate declaret. Habuit quoque rationes plures obſcure loquendi quas ſequentes fere adferunt SS. Patres. 1.) Ut edometur humana Superbia, dum

ſentit ſe ſuo labore ſacras litteras intelligere non poſſe. S. AUG. de doctr. Chriſt. II. 6. 2.) Ut homo jam humilitatus excitetur ad orationem. *Idem* in Pſalm. XLVI. 6. 3.) Ut dum homo orat, & pulſat, capacior efficiatur intelligendæ Veritatis. *Idem ibidem.* 4) Ne faſtidiamus Scripturam. 5.) Ne Scriptura vileſcat. 6.) Ut majori cum jucunditate inveniatur, quod obſcurum eſt. *Idem* in Pſalm. CIII. 6. 7.) Ut, dum Veritatis aliqua jam cognita, ex obſcuris etiam locis eruitur, iterum veluti nova fiat. *Idem* in Pſalm. CXXXVIII. 24. 8.) Ut haberent Servi Dei, quod interpretando influerent in aures & corda Hominum. *Idem* in Pſalm. CXLVI. 8.

Ut quid etiam gratia Interpretationis, ſi omnia per ſe clara ſunt? Quorſum tot non modo SS. Patrum, & catholicorum, ſed Proteſtantium quoque in S. Scripturam commentarii? & iſti tam inter ſe, etiam in Dogmatibus contrarii, Calvinianorum, Socinianorum, Lutheranorum &c.

Reſp. II. ad min. Deus infinitè Sapiens, ſed & liberrimus eſt, cui Nemo dicere audeat: *cur ita facis?* vult nos inſtituere per Sacram Scripturam, non quidem *ſolam*, ſed ab Eccleſia expoſitam. Vult, videamus nunc per Speculum in ænigmate, in captivitatem redigentes omnem Intellectum in obſequium fidei. *Sacræ Litteræ poſſunt nos inſtruere ad ſalutem*, ſed non niſi *per fidem*, quæ utique

obſcura

obſcura eſt, donec tunc videamus facie ad faciem. *Omnis Scriptura utilis eſt*, ſed non ideo ubique *clara* eſt, aut certe non omnibus, quod experientia demonſtrat.

Opponit. II. Quicunque Liber cum luce 178
comparatur, eique ſimilis eſſe dicitur, is perſpicuus eſſe debet. Quemadmodum enim Lux oculis noſtris facultatem ſubpeditat, res extra nos poſitas videndi, ita Sacra Scriptura Intellectui noſtro facultatem præbet verum perſpiciendi & cognoſcendi; hujusmodi autem Liber dicitur perſpicuus. Atqui S. Scriptura Luci & Lucernæ comparatur. Pſalm. XVIII. 8. 9. „ Lex Domini inmaculata, convertens animas, Teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans Parvulis. - - - Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. “ Pſalm. CXVIII. 105. „ Lucerna pedibus meis Verbum tuum, & Lumen Semitis meis. “ 2. Petri I. 19. „ Habemus firmiorem propheticum Sermonem, cui bene facitis attendentes tanquam Lucernæ lucenti in caliginoſo Loco, donec Dies luceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris. “

Reſp. diſt. min. S. Scriptura comparatur Luci, in aliquibus, præſertim Præceptis Decalogi, quæ ſunt recta vivendi Norma, & facis inſtar viam monſtrat. *Conc.* Comparatur Luci ubique, etiam in Myſteriis, Vaticiniis, Prophetarum ænigmatibus. *Nego.* Immo verius comparatur Lucernæ, non Soli Meri-

diano, ſed Lucernæ tenuiter lucenti in obſcuro Loco, donec Dies Vitæ immortalis illuceſcat, & Lucifer intuitivæ viſionis oriatur in cordibus. Hinc adpoſite S. GREGORIUS M. Lib. I. in Ezechiel. Homil. VII. exponens illa verba; *Lucerna Pedibus meis &c.* „Scimus tamen, quia & ipſa nobis Lucerna obſcura eſt, niſi hanc noſtris mentibus veritas illuſtret.“ Ipſe DAVID in Lege Dei meditatus die ac nocte petit tamen Pſalm. XVII. 29. „Quoniam tu illuminas Lucernam (Mentem) meam Domine, Deus illumina tenebras meas.“

179 *Opponit. III.* Immo demonſtrat ab Experientia. „Tradamus, inquit, Homini ſimpliciſſimo Novum Teſtamentum, ut legat illud in aliquod Tempus, & interrogemus eum, num intellexerit; Reſponſum certe Lætum feremus. Sunt quidem Loci quidam, qui ab eo intelligi non poterunt; ſed ea non proferunt Dogmata ad Salutem neceſſaria.“

Reſp. Provoco ad Experientiam evidenter contrariam. Novum Teſtamentum legunt Calviniani, Sociniani, alii. Nec tamen illi inveniunt realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia, iſti non deprehendunt divinam Chriſti & Spiritus S. Naturam Patri conſubſtantialem, quod certe dogma eſt fundamentale, &, ut ajunt, purum, ac primi ordinis. Legimus & nos Catholici; nec invenimus Juſtificationem noſtram paſſivam ex *Sola* Fide.

Nempe non omnis, qui legit, vel audit, intelligit, & venit, sed qui trahitur a Patre per Christum. *Fides enim est Donum Dei.*

Objic. IV. S. PAULUS 2. Cor. IV. 3. 180
„ Quodsi etiam opertum est Evangelium in iis, qui pereunt, opertum est, in quibus Deus hujus Sæculi excæcavit Mentes Infidelium, ut non fulgeat illis Illuminatis Evangelii gloriæ Christi. " Ergo fidelibus Evangelium & Scriptura clara est.

Resp. Loquitur certissime PAULUS non de Lectione S. Scripturæ, sed de prædicatione Evangelii, quod propter Miraculorum evidentiam in tanta Luce tunc positum erat, ut non nisi Malitia excæcati, ac in reprobum Sensum dati Judæorum plurimi illo Lumine non perstringerentur. Nam & modo Biblia sua studiose evolvunt, nec tamen Messiam prædictum ibidem inveniunt, ex maledictione indurati, a Deo rejecti.

RESOLUTIO II. Legitima dubii sensus 181
S. Scripturæ interpretatio neque 1.) ex sola S. Scripturæ collatione, nec 2.) ex Spiritu cujusque privato: sed 3.) ex infallibili authoritate Ecclesiæ determinari potest.

Prob. Pars I. Dubium quandoque esse S. Scripturæ sensum, ex præcedentibus patet: Hoc autem dubium etsi aliquoties, *semper* tamen per alium textum magis perspicuum

cuum certo tolli nequit, cum non raro duo occurrunt, qui invicem sibi adversari videntur. Sic pro demonstranda Filii cum Patris Natura consubstantialitate clarissima videbantur illa verba Christi: Joan. X. 30. *Ego & Pater unum sumus*, & Judæi illum propter hanc, ut putabant Blasphemiam, Lapidare volebant; Ariani autem opponebant alia ipsius Christi verba Joan. XIV. 28. *Pater major me est.* Clare docet Jacob. II. fidem sine operibus mortuam esse, & Abrahamum ex operibus fuisse justificatum, nimirum *passive*. Et tamen Protestantes ex S. Paulo ad Rom. II. ubi de eodem Abraham sermo est, probare conantur, Justificationem fieri ex *sola Fide*. Clara Nobis & Lutheranis videntur verba Christi: *Hoc est Corpus meum*, in sensu litterali ac proprio pro reali Christi præsentia in Sacramento Altaris, quæ a Zwinglio-Calvinianis in sensu metaphorico exponuntur, qui *τὸ est* interpretantur pro *τὸ significat*, quoniam in aliis scripturæ Locis hoc sensu accipitur. Non igitur Scriptura sibi soli exponendæ sufficit, quantum *ad Nos*; cum sit instar Judicis mortui aut muti, qui litigantium actiones definire non valet, ut loquitur Melchior Canus.

182 2.) Quando de Lege Civili controversia oritur, non eam Lex ipsa, quæ est materia litis, dirimit, sed Judice opus est, qui dubium sensum cum authoritate interpretetur. Ergo idem dicendum de Lege divina: Litigabant

gabant duæ Matres, utrius Proles esset viva? utraque eandem prætendente suam. Salomone opus erat, qui controversiam definiret, nulla Partium garrulitate terminandam.

3.) Nemo facile profanos Authores sine 183
interprete v. g. Bucolica & Georgica MARONIS intelligit, nisi aliquot annis Pastorem egerit, aut Rus coluerit; Quanto minus S. Scripturas, tot Mysteriis, Idiotismis, figuris, ænigmatibus refertas? Ita fere S. AUGUSTINUS audiens jactabundum aliquem dicentem: *Cum legerem, per me ipsum cognovi*, repressit Lib. de Utilitate credendi cap. 7. „ Ita ne est? Nulla imbutus poëtica disciplina Terentium Maurum sine Magistro attingere non auderes. Asper Cornutus, Donatus, aliique innumerabiles requiruntur, ut quilibet Poëta possit intelligi. - - Tu in eos Libros, qui quoquo modo se habeant, Sancti divinarumque rerum pleni prope totius generis humani confessione diffamantur, sine duce irruis, & de his sine præceptore audes proferre Sententiam." Vid. & HIERONYMUS Epist. ad Paulinum.

Prob. Pars II. Privatus ista Enthusiasta- 184
rum Spiritus nullo prorsus Fundamento nititur, Immo ipsis SS. Litteris repugnat. Ait enim S. PETRUS 2. Epist. I. 20. *Omnis Prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.* Insuper Privatus iste Spiritus vel 1.) est naturale Ingenii acumen vivax & penetrans,

 aut

aut 2.) multo ſtudio adquiſita facilitas rectæ interpretationis; aut denique 3.) gratia gratis data? Si *primum* & *alterum*; Jam illæ dotes non omnibus communes ſunt, & ita pauciſſimi de Plebe Scripturas recte intelligent, his perfectionibus deſtituti, aut ſaltem non nulli etiam Catholicorum iisdem ornati, atque exculti legitime interpretabuntur. Quis eorum authentice? Si *tertium;* iterum quærere liceat, cum Spiritus, ubi vult, ſpiret, & Deus dividat unicuique, prout vult; quorum nam eſt iſte Spiritus gratis a Deo conceſſus? an Calvinorum? Negant Lutherani nobiſcum. An horum? Negamus cum illis. An noſtrum? refragantur utrique. Omnibus autem communis eſſe nequit. Quia Deus, non Diſſenſionis ſed Pacis Deus, contradictoria Partibus diſſidentibus inſpirare nequit.

185 Dicent forte, hanc Intellectus atque interpretationis Spiritum ſubpliciter poſtulantibus promiſſum eſſe. Luc. XI. 13. „ Pater veſter de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus ſe. " Et Jacob. I. 5. " Si quis veſtrum indiget Sapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. "

Ita omnino. Sed uti recte petunt? nec enim omnes accipiunt, ut idem ait *Jacobus* IV. 3. „ Petitis, & non accipitis, eoquod male petatis. " Univerſæ Eccleſiæ Catholicæ, ſeu diſperſæ, ſeu in Synodo generali

legi-

legitime congregatæ, post imploratam Spiritus S. gratiam Ecclesiæ promissam, post explorata Patrum & Interpretum Volumina, post consultam Traditionem, post maturam tot Episcoporum, qui Apostolis succedunt, deliberationem, & Ecclesiarum ab illis fundatarum Testimonia, authenticam Interpretationem Protestantes denegant, eamque unicuique suorum adtribuunt! Quæ potest esse major Insania! „ Agricolæ, inquit HIERONYMUS Epist. ad Paulinum, cæmentarii, Fabri Metallorum, lignorum cæsores, Lanarii quoque & Fullones, & cæteri, qui variam supellectilem, & vilia opuscula fabricantur, absque Doctore non possunt esse, quod cupiunt. Quod Medicorum est, promittunt Medici: tractant fabrilia fabri. Sola Scripturarum Aræ est, quam sibi omnes vendicant. Scribimus indocti, doctique Poëmata passim. Hanc garrula Anus, hanc delirus Senex, hanc Sophista verbosus, hanc universi præsumunt, lucerant, docent antequam addiscant. Alii adducto supercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris Litteris philosophantur. Alii discunt, proh pudor! a feminis, quod viros doceant. Et ne parum hoc sit, quidam facilitate verborum, immo audacia edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. " Addam & hoc. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* An non superbi, qui Ecclesiam audire nolunt, sed suo sensu abundare malunt? Quid mirum? si dati in reprobam sensum, videntes non videant,

 & au-

& audientes non intelligant; ſi Deus abſcondat hæc a ſapientibus & prudentibus, ut ſibi videntur, revelet autem ea Parvulis, quibus *Mater*; & *Matri Deus*.

186 *Prob. Pars III.* E Vetere Teſtamento. Quando olim de ſenſu Legis oboriebatur dubium, & ipſorum etiam inferiorum Judicum variabant opiniones; Illud non aliter, quam a Concilio Sacerdotum, cui ſtare omnes tenebantur, dirimi poterat. Ita enim juſſit Deus Deuteron. XVII. 8. ſeq. „ Si difficile & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris inter Sanguinem, & Sanguinem, Cauſſam, & Cauſſam, Lepram, & Lepram (inter cauſſas criminales, civiles & eccleſiaſticas) & Judicum intra portas (civitates) tuas videris verba variari: Surge & aſcende ad Locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniensque ad Sacerdotes Levitici Generis, & ad Judicem, qui fuerit illo Tempore: quæresque ab eis, qui indicabunt tibi Judicii Veritatem (rectum Judicium ferent). Et facies, quodcunque dixerint, qui præſunt Loco, quem elegerit Dominus, & docuerit te juxta Legem ejus, ſequerisque Sententiam eorum. Non declinabis ad dextram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto Judicis, morietur homo ille. " Hanc ipſam Legem obſervandam urget Rex pius JOSAPHAT 2. Paralipom. XIX. 9. ſeq. alloquens Sacerdotes, Levitas, & Prin-

Principes familiarum. „ Sic agetis in Timore Domini fideliter & corde perfecto. Omnem cauſſam, quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum, qui habitant in Urbibus ſuis inter Cognationem & cognationem, ubicunque quæſtio eſt de Lege, de Mandato, de Cæremoniis, de Juſtificationibus, oſtendite eis, ut non peccent in Dominum. - - - Amarias autem Sacerdos & Pontifex veſter in his, quæ ad Deum pertinent, præſidebit.“ Quoniam vero Hebræis olim omnia in figura contingebant, nec Deus minorem curam gerere credendus eſt Eccleſiæ, quam Synagogæ, cum qua futurum ſe eſſe promiſit usque ad conſummationem ſæculi, cui Doctorem Veritatis Spiritum S. dedit, quam columnam & firmamentum eſſe voluit; ſequitur, ex hujus ſolius Judicio authenticam haberi poſſe dubii Scripturæ ſenſus interpretationem.

Prob. II. E novo Teſtamento. Adhuc 187
CHRISTI tempore *ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi* cum in Templo, tum in Synagogis per civitates, legentes & exponentes Prophetarum oracula; & horum interpretationi adquieſcendum eſſe voluit CHRISTUS, Loquens ad *Turbas* & Diſcipulos ſuos Matth. XXIII. 3. „ omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, ſervate, & facite.“ Idem juſſit Matth. XVIII. 17. Utqui *Eccleſiam*, aut Paſtorem ei præſidentem atque docentem, *non audierit, ſit ſicut Ethnicus & Publicanus*, a corpore Eccleſiæ ſeparandus. Ibidem

dem suam Patribus in Concilio congregatis adsistentiam promisit: *ubi enim sunt duo vel tres* (quanto magis, ubi plures) *congregati in Nomine meo, ibi sum in medio eorum*: Patet hoc etiam e constanti Ecclesiæ Praxi. Quam primum enim enatæ sunt controversiæ de dubio Scripturæ Sensu, ac Legis divinæ obligatione; Episcopi in Conciliis congregati concordibus suffragiis controversiam definierunt. Videmus hoc in Concilio Jerosolymis celebrato, ubi recens enata Quæstio; an V. Legis Cæremoniæ, a Judæis aut Gentibus ad fidem Christianam conversis adhuc observandæ essent, ad Apostolos delata, ab iisdemque Spiritus S. assistentis authoritate decisa fuit Act. XV: *Visum est Spiritui Sancto, & Nobis*. Merito itaque Concilium TRIDENTINUM ad coercenda petulantia Ingenia statuit Sess. IV. Decreto de Editione & Usu SS. Librorum: „Ut Nemo suæ Prudentiæ innixus in rebus Fidei & Morum ad ædificationem Doctrinæ Christianæ pertinentium S. Scripturam ad suos Sensus contorquens contra eum Sensum, quem tenuit, ac tenet S. Mater Ecclesiæ, cujus est judicare de vero Sensu & interpretatione Scripturarum Sanctarum, aut etiam contra Unanimem consensum SS. Patrum ipsam Scripturam S. interpretari audeat, etiamsi hujusmodi Interpretationes nullo unquam tempore in Lucem edendæ sint. "

Prob.

Prob. III. De legitimo Scripturæ Senſu 188
a Spiritu S. inſpirato authentice, & ſine Erroris periculo palam conſtare debet, eo ipſo, quod in authoritatem Dei loquentis ſeu revelantis, ultima fidei noſtræ reſolutio fieri debeat: Id autem aliunde, quam ex Judicio Eccleſiæ conſtare nequit. Non ex ipſa S. Scriptura, quippe non ubique clara, & appoſitis Interpretationibus obnoxia; Non e Spiritu cujusque privato certo fallibili, ut oſtenſum fuit. Ergo.

Prob. maj. Niſi ad dijudicandum verum Scripturæ Senſum publica exſiſteret authoritas, tunc Deus Electorum ſuorum Saluti non ſatis providiſſet, quod de Sapientiſſimo ac Optimo, qui in neceſſariis non deeſt, cogitari nequit. Sunt enim Electorum bene multi, qui Sacram Scripturam nequidem legere ſciunt, multo minus intelligere poſſunt; Iſti autem adhuc in Infidelitate, aut Hæreſi conſtituti, ad veram fidem (ordinarie loquendo) converti non poſſent, niſi publica ejusmodi ſtatuatur Authoritas, Veritatem enim hujusmodi rudis diſcere non poſſet ab aliquo Doctore privato, quem falli poſſe, non utique negabunt Poteſtantes, quum univerſam Eccleſiam viſibilem Erroris temere arguant. Inſuper certus eſſe nequit, in quanam Religionis ſecta, quarum vel in ſola Europa prope innumeræ ſunt, legitime exponatur S. Scripturæ Senſus, & revelata Veritas tradatur. Sed nec Spiritui ſuo privato fidere tuto

poteſt

dem suam Patribus in Concilio congregatis adsistentiam promisit: *ubi enim sunt duo vel tres* (quanto magis, ubi plures) *congregati in Nomine meo, ibi sum in medio eorum*: Patet hoc etiam e constanti Ecclesiæ Praxi. Quam primum enim enatæ sunt controversiæ de dubio Scripturæ Sensu, ac Legis divinæ obligatione; Episcopi in Conciliis congregati concordibus suffragiis controversiam definierunt. Videmus hoc in Concilio Jerosolymis celebrato, ubi recens enata Quæstio; an V. Legis Cæremoniæ, a Judæis aut Gentibus ad fidem Christianam conversis adhuc observandæ essent, ad Apostolos delata, ab iisdemque Spiritus S. assistentis authoritate decisa fuit Act. XV. *Visum est Spiritui Sancto, & Nobis*. Merito itaque Concilium TRIDENTINUM ad coercenda petulantia Ingenia statuit Sess. IV. Decreto de Editione & Usu SS. Librorum: „Ut Nemo suæ Prudentiæ innixus in rebus Fidei & Morum ad ædificationem Doctrinæ Christianæ pertinentium S. Scripturam ad suos Sensus contorquens contra eum Sensum, quem tenuit, ac tenet S. Mater Ecclesiæ, cujus est judicare de vero Sensu & interpretatione Scripturarum Sanctarum, aut etiam contra Unanimem consensum SS. Patrum ipsam Scripturam S. interpretari audeat, etiamsi hujusmodi Interpretationes nullo unquam tempore in Lucem edendæ sint."

Prob. III. De legitimo Scripturæ Senſu 188
a Spiritu S. inſpirato authentice, & ſine Erroris periculo palam conſtare debet, eo ipſo, quod in authoritatem Dei loquentis ſeu revelantis, ultima fidei noſtræ reſolutio fieri debeat: Id autem aliunde, quam ex Judicio Eccleſiæ conſtare nequit. Non ex ipſa S. Scriptura, quippe non ubique clara, & appoſitis Interpretationibus obnoxia; Non e Spiritu cujusque privato certo fallibili, ut oſtenſum fuit. Ergo.

Prob. maj. Niſi ad dijudicandum verum Scripturæ Senſum publica exſiſteret authoritas, tunc Deus Electorum ſuorum Saluti non ſatis providiſſet, quod de Sapientiſſimo ac Optimo, qui in neceſſariis non deeſt, cogitari nequit. Sunt enim Electorum bene multi, qui Sacram Scripturam nequidem legere ſciunt, multo minus intelligere poſſunt; Iſti autem adhuc in Infidelitate, aut Hæreſi conſtituti, ad veram fidem (ordinarie loquendo) converti non poſſent, niſi publica ejusmodi ſtatuatur Authoritas. Veritatem enim hujusmodi rudis diſcere non poſſet ab aliquo Doctore privato, quem falli poſſe, non utique negabunt Poteſtantes, quum univerſam Eccleſiam viſibilem Erroris temere arguant. Inſuper certus eſſe nequit, in quanam Religionis ſecta, quarum vel in ſola Europa prope innumeræ ſunt, legitime exponatur S. Scripturæ Senſus, & revelata Veritas tradatur. Sed nec Spiritui ſuo privato fidere tuto

poteſt

potest, quem ignorat, sit a Deo, an a Dæmone, transfigurante se in Angelum Lucis. Ergo nisi exsistat infallibilis quædam authoritas Ecclesiæ visibilis, quæ ex Notis suis ac Signis tanquam credibilitatis Motivis, dignosci ab unoquoque potest, non haberent ejusmodi Electi Medium securum, ac certum, ad veram Religionem, ac æternam Salutem perveniendi: Nec enim ad Miracula confugere oportet.

189 Unde nam autem, quæret aliquis, de legitimo S. Scripturæ Sensu, a Spiritu S. intendo, Ecclesiæ constare potest, cum novæ revelationes jam non amplius admittendæ sint?

Resp. CHRISTUS ipse, præsertim post resurrectionem suam cum Discipulis conversatus, & *loquens de Regno Dei*, hoc est, Ecclesia Actor. I. 3. *aperuit illis Sensum, ut intelligerent Scripturas* Luc. XXIV. 45. Ita instructos jussit eos *docere omnes gentes* Matth. XXVIII. & misit eos, sicut ipse missus fuerat a Patre Joan. XX. 21. Insufflans in eos Spiritum Sanctum, *ibidem*, dudum ante promissum, Spiritum Veritatis, qui doceret eos omnem veritatem Joan. XVI. 13. Quo etiam *baptizati* Actor. I. 5. & omnes repleti sunt die Pentecostes Actor. II. 4. Has inter veritates præcipua est legitimus S. Scripturæ Sensus, quem illi profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & Sermonem confirman-

firmante sequentibus Signis. Marci. XVI. 20. Apostoli hunc Sensum ad exemplum PAULI, & Præceptum CHRISTI suis successoribus, Ecclesiarum Rectoribus Depositi ad instar, & quasi Testamento reliquerunt, hunc in modum unumquemque adjurantes: „ Formam habe sanorum Verborum, quæ a me audisti in fide & dilectione Christi Jesu. Bonum depositum custodi per Spiritum Sanctum, qui habitat in nobis. -- Quæ audisti a me per multos Testes, hæc commenda fidelibus Hominibus, qui idonei erunt & alios docere. " 2. Timoth. I. 13. II. 2. „ Tu vero permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens a quo didiceris. II. 14. „ O Thimothee, depositum custodi, devitans profanos Vocum novitates, & oppositam falsi Nominis Scientiam, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. " 1. Timoth VI. 20. Isti inmediate Apostolorum Discipuli, & depositi sanæ doctrinæ custodes fideles, acceptam doctrinam successoribus suis commendarunt, cum quibus se Christus futurum promisit omnibus diebus usque ad consummationem Sæculi Matth. XXVIII. 20. in quæ verba S. HIERONYMUS: „ Qui usque ad consummationem Sæculi cum Discipulis se futurum promittit, & Illos ostendit semper esse Victuros (in Successoribus), & se nunquam a credentibus recessurum. " Quodsi ergo Episcopi & SS. Patres, Locis, & Temporibus tantum inter se distantes, in eandem tamen Sententiam & S. Scripturæ expositionem conspirant; evidens

dens utique Signum eſt, eos Doctrinam ſuam ab Anteceſſoribus uſque ad aliquem Apoſtolorum Diſcipulum, Eccleſiæ matricis & originalis fundatorem aſcendendo, traditam accepiſſe, nihilque de ſuo confinxiſſe, ut cap. ſeq. dicetur pluribus. Nunc pauca addam de vario S. Scripturæ Senſu.

190 Eſt autem *Senſus* præcipue duplex 1.) grammaticalis, Litteralis, ſeu hiſtoricus, quem Verba ad hoc inſtituta exprimunt & ſignificant, ut Adam mortuus eſt. 2.) Myſticus, ſeu Spiritualis, quem non ipſa Verba, ſed Res verbis ſignificatæ, tanquam rerum aliarum Figuræ, inſinuant. Sic quando Geneſ. XVI. refertur, quod Abraham ex Ancilla Agar genuerit filium Iſmaël & ex Sara Uxore Iſaac; hoc factum hiſtoricum, eſt ſenſus litteralis. Sed quoniam hoc factum eſt figura alterius rei, Nempe Agar Synagogæ & Iſmaël Judæorum, Sara autem figura Eccleſiæ, & Iſaac Chriſti, ut exponit S. Paulus ad Galat. IV. 22. hinc iſte eſt ſenſus ſpiritualis & Myſticus. Qui iterum triplex eſt: vel enim *Intellectum* inſtruit quoad Veritates ſupernaturales *credendas*; & dicitur Allegoricus, qui per rerum, factorumque Figuras Myſteria de Chriſto & Eccleſiæ Vet. Teſtam. prædicta fuiſſe oſtendit. Aut *voluntatem* ad Bonum ſupernaturale, tanquam ultimum noſtrum finem aliquando poſſedendum incitat; & vocatur Tropologicus, ſive Moralis, eoquod ſub rerum & factorum exhibitione mores fidelium

infor-

informantur, ut Christo suo capiti conformentur. Aut demum illa nobis repræsentantur, quæ olim in Patria videbantur, & modo a Beatis cernuntur, diciturque ANAGOGICUS. Sensus uterque tam allegoricus, quam tropologicus respicit Ecclesiam militantem in Terris, & patientem in Purgatorio. Anagogicus autem triumphantem in cœlis. Allegoricus, res credendas proponendo *Fidem* confirmat. Tropologicus Mores instruendo ad *charitatem* animat. Anagogicus *Spem* alit & excitat. Quatuor autem isti sensus vulgatis Versiculis exprimuntur.

Littera gesta docet: quid credas *Allegoria*:
Moralis, quid agas: quo tendas *Anagogia*.

Quadruplex iste Sensus occurrit in allegato S. PAULI Loco. Nam quod Abraham duos filios habuerit, unum de Ancilla, & unum de Libera, quorum prior posteriorem persequebatur, est factum historicum, & sensus *litteralis*. Quod autem per duos Filios significaret Novum & Vetus Testamentum, ad *allegoriam* pertinet. Quod probi venentur ab improbis, *tropologicum* est. Quod per Matrem unius liberam significata fuerit superna Jerusalem, sensum *anagogicum* exprimit. Idem quadruplex sensus reperitur in voce *Jerusalem*, quæ ad Litteram sonat Urbem Palæstinæ Metropolin: Allegorice Ecclesiam

militantem: Tropologice Animam humanam: anagogice autem Ecclesiam triumphantem, ut exponit S. HIERONYMUS ad XVI. Ezechielis.

191 Potest autem præter quatuor istos, uni eidemque scripturæ Loco duplex quoque inesse sensus litteralis, quod ejus Ubertatem ac Majestatem mirum in modum commendat. Sic prima Geneseos Verba: *In principio*, S. AUGUSTINUS ad Litteram exponit *in Filio*, Item in principio *rerum* & *Temporis*. Illud Exodi XII. 46. *Os non confringetis ex eo*: & de Agno pascali, & de Christo, cui in cruce non fuere fracta crura, ipse Evangelista ad litteram exponit. Illud Psalmi II. „Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.“ De Christi æterna, & temporali generatione, & de resurrectione litteraliter intelligi potest.

192 A prædictis Sensibus differt ille, quem dicunt adcommodatitium, non ab ipso Spiritu S. proprie intentum, quo tamen post S. BERNARDUM frequenter utuntur Prædicatores, ut Verba S. Scripturæ Personæ determinatæ adtributa, alteri cuidam adplicent, de quo Spiritus S. id minime expressit. Sic illud de NOE ab Ecclesiastico XLIV. dictum: „inventus est Justus, & in Tempore iracundiæ factus est reconciliatio.“ In officio ecclesiastico adcommodatur sanctis Episcopis. Istud de MOYSE dictum Eccles. XLV. „Dilectus

ctus Deo & Hominibus, cujus Memoria in Benedictione eſt." Adplicatur ſanctis Abbatibus &c.

Quoniam vero litterali præcipue ſenſui, S. Scripturæ, tanquam primario e Spiritui S. intento, inſiſtendum eſt; juvat aliquas adponere Regulas a *S. Auguſtino* Lib. III. de Doctrina chriſtiana potiſſimum deſumtas.

Regula I. Omnis vox aut Locutio in SS. 193
Litteris accipienda eſt proprie, niſi neceſſitas aliqua cogat accipere improprie, quæ non adeſt, quando proprie accepta Fidei Veritatem, aut Dei vel proximi Charitatem, Morumque honeſtatem non Lædit, ſimulque Textui & circumſtantiis congruit.

Si enim liceret omnia ad Metaphoram detorquere, jam nihil certum foret in S. Scriptura, foretque proclivis ad varios Errores, Lapſus, a quibus non ſatis cavit ORIGENES figurato ſenſu atque improprio pleraque exponens in Libris de Principiis.

Regula II. Vox aut Locutio tunc im- 194
proprie accipienda eſt, quando ſecus aſſereret 1.) aliquid Fidei repugnans, aut 2.) charitati contrarium, vel 3.) Contextui & circumſtantiis non congrueret. Ut quando in S. Scriptura Deo tribuuntur carnalia quædam ſeu corporalia, Membra, Officia, Paſſiones, Affectus; cum fides nos doceat, Deum incor-

poreum esse, atque immutabilem. Igitur dum dicitur irasci, parceri, misereri; id non secundum varios in Deo Affectus, sed secundum diversos, quos Mente immobili in rebus creatis producit effectus intelligendum est.

195 *Regula III.* Omnis Locutio S. Scripturæ, quæ sub rebus temporalibus describit Magnificentiam Regis Messiæ, Pugnas, Victorias, Spolia, inproprie accipienda sunt de Regno ipsius spirituali, in Animas, de triumphata Idololatria, Peccato, Morte, Inferno, Ipsus enim professus est, Regnum suum non esse de hoc Mundo.

196 *Regula IV.* Christus, ejusque Ecclesia variis adpellantur Nominibus, & exprimuntur similitudinibus, quæ Fides prohibet proprie accipere. Ut dum Christus dicitur Petra, Leo, Lapis angularis, Vitis, Agricola, & Ecclesia Corpus, Civitas, Domus, Castra, Hortus, Vinia, Sponsa, Amica, Columba, Turtur &c. quibus iterum respondent ex Parte Christi Nomina Capitis, fundamenti, Lapidis angularis, Ducis, Patrisfamilias, Sponsi &c.

197 *Regula V.* Locutio. S. Scripturæ, quæ sævum aliquid, vel asperum contra se aut proximum jubere videtur, inproprie intelligenda est, & ad destruendam inordinatam cupiditatem referenda; „ Non enim, ut ait Augustinus, Scriptura præcipit nisi Charita-

ritatem, nec culpat, niſi cupiditatem." Sic illa Chriſti Verba : „ Si Manus tua, vel Pes tuus ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te. Sunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt, propter Regnum cœlorum, quo Loco ad Litteram male accepto ſe ipſum eviravit. ORIGENES.

Regula VI. Quando S. Scriptura molle 198
quid & carnale præcipere, aut commendare videtur, inproprie accipi, & ad Regnum Charitatis referri debet. Hujusmodi multa occurrunt in Cantico Salomonis, ut oſcula, amplexus, ubera, unguenta, cella vinaria, thalamus &c. Quæ non niſi ſpiritualiter de affectibus Charitatis ſupernaturalis intelligenda ſunt.

Superſunt aliæ Regulæ particulares pro intelligendis Prophetis, Pſalmis, Evangeliis &c. apud Interpretes paſſim evolvendæ.

CAPUT II.

DE VERBO DEI TRADITO.

199 Post ea, quæ de Verbo Dei scripto scitu maxime necessaria videbantur, pro Modulo meo pertractata, agendum modo de *Tradito*, quod in nostra Ecclesia Catholica ut ejusdem cum Scripto authoritatis veneramur. Porro Traditionis nomine Universim intelligitur Doctrina, a suo authore primum non scripto, sed viva voce prolata, & per alios ad Posteros propagata, quasi ore ad os, de Manu ad Manum tradita, quæ cum Sacra esse possit, vel profana; hac prætermissa de priori solum Sermo erit, dicique potest, Doctrinæ Sacræ atque vetustæ ab idoneo Authore verbis enuntiatæ ad Posteros propagatio.

Dicitur *Doctrinæ sacræ*, quæ nimirum fidem, bonos Mores, aut pios Ritus concernit. *Vetustæ*, quæ ab ipso Ecclesiæ Exordio, aut paulo serius profecta sit. *Idoneus Author* ille censetur, cui competit potestas Leges ferendi, dogmata revelandi, aut Revelationem authentice declarandi, atque exponendi. Ideo autem dicitur Doctrina *verbis* primum *enuntiata*, ad differentiam doctrinæ, ab ipsis Authoribus inspiratis scripto exaratæ: etsi & illa deinceps per alios, sed non Scriptores canonicos, litteris commendata fuerit, sicque invariata ad nos usque pervenerit.

Tradi-

Traditio ſic expoſita multiplex eſt.

1. Ratione *Authoris*, *divina*, ſeu doctrina fidei ac Morum inmediate a Deo revelata, nec tamen Scripto ſtatim exarata. Vel *humana*, ſeu doctrina profecta primum ab Homine, poteſtate docendi & leges ferendi prædito. Hæc iterum vel eſt *Apoſtolica*, & quidem *divino apoſtolica*, quando Apoſtoli doctrinam ex ore Chriſti pro Eccleſiæ inſtructione acceptam Poſteris ſolum promulgarunt; ut dum PAULUS dicit 1. Corinth. VII. 10. „ Iis qui Matrimonio juncti ſunt, præcipio *non ego*, ſed *Dominus*, Uxorem a Viro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut Viro ſuo reconciliari." Hujusmodi etiam Traditio eſt de SS. Librorum Canone, Apoſtolis a Spiritu S. ſuggeſta, ab iisdemque Poſteris commendata.

Aut *Humano-apoſtolica*, doctrina vel diſciplina ab illis, ut Eccleſiarum Rectoribus humana ſolum authoritate ſine ſcripto relicta; ut dum dicit *Paulus* loc. cit. „ Nam cæteris *ego dico*, non Dominus - - - de Virginibus præceptum Domini non habeo, Conſilium autem do."

Eccleſiaſtica denique, quæ ortum ſuum Apoſtolorum Succeſſoribus, Eccleſiarum Rectoribus in acceptis refert. e. g. Feſtivitatis SS. Martyrum.

201 2. Ratione *Materiæ* Præſcribit Doctrinam Fidei & Morum, v. g. Materiam, Formam, Miniſtrum Sacramentorum. Vel Diſciplinam, Ritus, cæremoniis, conſuetudines eccleſiaſticas, ut Jejunium Quadrageſimale, Ritus Baptiſmi adminiſtrandi &c.

202 Ratione *Loci* Traditiones aliæ ſunt *Univerſales* afficientes totam Eccleſiam, v. g. obſervatio Diei Dominicæ Loco Sabbati. Aliæ *Particulares*, quibusdam ſolam Eccleſiis propriæ. v. g. Jejunium Sabbatinum, Uſus Panis azymi vel fermentati in Euchariſtia, prohibita comeſtio Lacticiniorum &c.

203 Ratione *Modi* ſunt aliæ *neceſſariæ*, & ad dogmata Fidei ac Morum pertinent, omnes obligantia. Aliæ *Liberæ*, ut aſperſio Aquæ benedictæ, ſignum Crucis, aut defenſio doctrinæ de inmaculata conceptione B. V. Mariæ.

204 Ratione *Temporis*: aliæ *perpetuæ* & inmutabiles, uti de Numero, Materia & forma Sacramentorum. Aliæ *Temporales*, ac *mutabiles*, v. g. abſtinentia a ſanguine & ſuffocato, obſervatio quorumdam feſtorum, aut eorum abrogatio.

Probanda hic præprimis Verbi Dei traditi Exſiſtentia & Authoritas. 2. Qua ratione incorrupta ad nos propagari potuerit. 3. Quænam ſint Regulæ Traditiones dijudicandi.

§. I.

§. I.

De Verbi Dei traditi exsistentia, & authoritate.

Hanc post tot alios necessario inficiantur 205
Protestantes, qui pro unica, adæquata & perfecta credendorum, agendorumque Regula solam S. Scripturam admittunt, haud dubie etiam Verbo Dei tradito habituri fidem, si ejus Exsistentia demonstrari possit; non minor enim est Dei veracitas, sive ejus Revelatio scripto, vel ore ad nos perveniat.

RESOLUTIO I. In Statu Legis Naturæ 206
& scriptæ exstabat Verbum Dei traditum.

Prob. Pars I. Negari nequit, in Statu Legis Naturæ floruisse veram Ecclesiam, seu, cœtum fidelium, qui ad finem supernaturalem elevatus carere non potuit relevatione divina de promisso Messia, & Remedio Justificationis. Atqui certum est nullam tunc exstitisse revelationem *scriptam*; eo quod primus omnium Scriptor Moyses fuerit. Ergo exstabat solum tradita, ejusdem tamen cum Verbo postea scribendo authoritatis. Sic Doctrina de Peccato originali, de Messia nasciturο ex Muliere, qui esset contriturus caput serpentis antiqui, necessitas sacrificiorum. Remedium Justificationis, fœdus Dei cum Noë & genere humano per Iridem significatum; Lex circumcisionis, aliaque ad salutem

necessaria, nec tamen tunc scripto exarata, sed a Patribus tradita filiis, non minore, quam a nobis Fide credebantur, horumque multa Moysi non noviter *revelata*, sed a Patribus fideliter accepta, ut scriberet, *inspirata* fuerunt. (N. 66.)

207 *Prob. Pars. II.* Ab eo tempore, quo MOYSES accepit a Deo Præcepta Decalogi Tabulis insculpta, donec leges plurimas cæremoniales, & Judiciales a Deo datas Pentateucho suo inseruerit, XXXVIII affluxerunt Anni, non nisi ob traditionem divinam interea observandas atque credendas.

2.) Post conscripta etiam isthæc Volumina, multa Hebræis erant credenda, in iisdem non comprehensa. E. c. ipsa divina inspiratio Librorum MOYSIS, Remedinm pro Peccato originali pro sexu femineo, aut etiam pro Masculis ante Diem octavum de vita periclitantibus. Legem circumcisionis pro omni Masculo ad Diem octavum expresso Dei Mandato determinatam, totis tamen XL. Annis prætermissam, ad culpam non inputari, utpote nunquam illis exprobratam, non nisi Doctrina orali scire poterant.

3.) Post MOYSIS excessum, aucto SS. Librorum Numero, cum & multi alii a Prophetis, & Hagiographis exarati fuerint, quinam eorum a Deo essent inspirati & ut tales vene-

venerandi, de Legitimo quoque eorumdem ſenſu & Interpretatione, iterum non niſi traditionis & Doctrinæ oralis Ope Populo fideli authentice conſtare poterat. Igitur præter Verbum Dei ſcriptum, etiam traditum paris cum illo authoritatis, tunc temporis exſtitiſſe, in dubium vocari nequit.

RESOLUTIO II. Ab Exordio Legis 208
evangelicæ neceſſario exſtabat, & nunc quoque exſiſtit Verbum Dei traditum, in SS. litteris non comprehenſum.

Prob. Pars I. In præſenti Naturæ elevatæ ſtatu Eccleſiæ vera carere nequit Revelatione divina. Atqui ab Exordio Legis Evangelicæ, nulla exſtabat Revelatio ſcripta, ſed Chriſti ſolius ore prolata; cum ipſe nihil prorſus Litteris commendaverit, excepta forte ad ABGARUM Edeſſæ Principem Epiſtola, quæ tamen haud quaquam ſufficeret. Sed nec Apoſtolis in mandatis dedit, ut Doctrinam revelatam in Libros redigerent; ubi enim invenitur Præcepti hujus Veſtigium ir SS. Litteris? ſed juſſit, ut prædicarent Evangelium omni creaturæ Marci XVI. 15. Ut docerent omnes gentes Baptizantes eos -- docentes eos ſervare omnia, quæcunque mandaverit ipſis. Math. XXVIII. 19. Illi autem profecti *prædicaverunt* ubique, hoc eſt, ore tradiderunt, Pauciſſimi autem eorum *ſcripſerunt.*

2.) Chri-

2.) Chriſtus per ſe ipſum, præſertim poſt ſuam Reſurrectionem adparens & loquens de Regno Dei. h. e. de Statu Eccleſiæ recte dirigendo, & deinceps per ſubmiſſum Spiritum Veritatis, multo plura Apoſtolos docuit, quam ab illis ſcripto exarata fuerunt; Aperuit enim illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas. Ubi autem ille Commentarius Apoſtolorum in omnes S. Scripturæ V. & N. Teſtamenti Libros? Aut quis ſibi perſuadeat, Chriſtum non plura dixiſſe ac docuiſſe, quam hæc paucula, quæ ab Apoſtolis commemorata ſunt? cum dicat tamen S. JOANNES Evang. XXI. 25. „ Sunt autem & alia multa, quæ fecit (haud dubie & docuit) Jeſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror Mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, Libros " Quia tamen eos docuit *omnem* Veritatem, quæ non omnis ſcripta fuit, oportet reliquas Traditione ad nos perveniſſe. Quare in forma hoc Ratiocinium inſtitui poteſt. Quæcunque Chriſtus Apoſtolos docuit, & ut alios docerent, juſſit, ceu divinæ authoritatis Veritates credendæ ac obſervandæ ſunt, ſive ſcriptæ, ſive traditæ proponantur. Atqui omnia, quæ Chriſtus docuit, Litteris ſacris mandata non fuerunt: Ergo & illa, quæ docuit, & extra Scripturam nobis proponuntur, ut Veritates divinæ authoritatis credendæ ſunt.

209 *Prob. Pars II.* Ipſa S. Scriptura Traditionem oralem ejuſdem cum Verbo ſcripto autho-

authoritatis eſſe aſſerit, atque commendat. Paulus ante ullam ad Corinthios datam Epiſtolam Laudat eos, quod Præcepta ab ipſo tradita religioſe obſervarent. 1. Corinth. XI. 2. „ Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores eſtis, & ſicut *tradidi* vobis, Præcepta mea tenetis. " Non putem, Præcepta mere humana fuiſſe; ſed *ſua* adpellat, quia ab ipſo promulgata: quemadmodum & Evangelium *ſuum* adpellat h. e. Doctrinam Chriſti a ſe promulgatam. Idem 2. Teſſalon. II. 14. „ Itaque, Fratres, ſtate, & tenete Traditiones, quas didiciſtis, ſive per *Sermonem* ſive per Epiſtolam noſtram. " Huc pertinet quoque Ejusdem Monitum Timotheo ſuo datum ſupra (N. 189.)

Prob. II. SS. Patres jam primorum Temporum Apoſtolorum traditionem, tanquam Doctrinam ipſis a Chriſto traditam fidelibus vehementer commendarunt. S. Ignatius Antiochenus Epiſcopus & Martyr, teſte Eusebio H. E. III. 36. pag. m. 114. „ Cum per Aſiam ſub accuratiſſima Militum cuſtodia duceretur, ſingularum nihilominus civitatum, quas ingrederetur. Eccleſias Sermonibus & cohortationibus ſuis confirmans, monebat inprimis, ut ſibi a pravis Hæreticorum Opinionibus caverent, quæ tunc primum in Lucem emergere cum cœpiſſent, copioſius pullulabant. Hortatusque eſt, ut Apoſtolorum traditionibus tenaciter inhærerent, quas quidem ob certiorem Poſteritatis notitiam teſtimonio ſuo confirmatas,

matas, ſcriptis mandare neceſſarium duxit. " PAPIAS eadem referente H. E. III. 39. in Libris ſuis, nunc præter fragmenta quædam, deperditis de Interpretatione Oraculorum Dominicorum: „ Se quidem ſanctorum Apoſtolorum ſpectatorem atque auditorem fuiſſe non dicit, ſed ab eorum familiaribus normam fidei ſe accepiſſe teſtatur his verbis: Nec pigebit, inquit, ea quæ quondam a Senioribus didici, ac Memoriæ mandavi, cum Interpretationibus noſtris adſcribere, ut Veritas eorum noſtra quoque aſſertione firmetur. Non enim, ut plerique ſolent, eos unquam ſectatus ſum, qui verbis affluerent, ſed eos potius, qui verum docerent: nec eos qui nova quædam & inuſitata præcepta, ſed illos, qui Domini Mandata in figura tradita, & ab ipſa Veritate profecta memorabant. Quodſi quis interdum mihi occurrebat, qui cum Senioribus Verſatus fuiſſet, ex eo curioſe ſciſcitabat, quænam eſſent Seniorum dicta (non ſcripta) quid Andreas, quid Philippus, quid Thomas, -- quid cæteri Domini diſcipuli (qui nihil ſcripſerunt) dicere ſolliciti eſſent. Quidnam Ariſtion, & Joannes Presbyter, diſcipuli Domini prædicarent. Neque enim ex Librorum Lectione tantam me utilitatem capere poſſe exiſtimabam, quantam ex Hominum adhuc ſuperſtitum viva voce. -- Et Papias quidem Apoſtolorum dicta ab iis, qui cum Apoſtolis verſati fuerant, ſe accepiſſe profitetur. Multa certe, quæ ab iis tradita acceperat,

rat, ipſorum nominatim mentione facta, in commentariis ſuis retulit. "

De S. POLYCARPO Smyrnenſis Eccleſiæ Epiſcopo & illuſtri Martyre, Traditionum apoſtolicarum tenaciſſimo ſcribit. S. IRÆNEUS apud eundem EUSEBIUM H. E. IV. 14. pag. m. 137. „ Hic ea ſemper docuit, quæ ab Apoſtolis didicerat, & quæ etiamnum tradit Eccleſia, & quæ ſola ſunt vera teſtantur hoc Eccleſiæ omnes, quæ in Aſia conſtitutæ ſunt, & quicunque ad noſtram ætatem in Polycarpi Locum ſucceſſerunt. Qui certe multo fide dignior ac locupletior Teſtis fuit Veritatis, quam aut Valentinus, aut Marcion & reliqui pravarum Opinionum Authores. Idem Aniceti temporibus Romam veniens, multos ex ſupradictis Hæreticis ad Eccleſiam Dei revocavit, NB. hanc unam & ſolam Veritatem ſe ab Apoſtolis accepiſſe prædicans, quæ ab Eccleſia traderetur. " Non igitur ad Scripturam, ſed ad traditionem oralem provocavit. Ipſe quoque IRÆNEUS, qui POLYCARPUM viderat, in eximio ſuo opere contra Hæreſes, poſtquam Lib. cap. 2. conqueſtus fuerat, quod neque Scripturis neque Traditionibus obſequerentur Hæretici, ſed novas ipſi confingerent, Cap. 3. Genuinas Apoſtolorum Traditiones Spuriis Hæreticorum per ſucceſſionem Epiſcoporum diſcerni poſſe ac debere, invicte oſtendit, cujus verba cap. ſeq. dabo, ita loquitur cap. 4. „Tantæ ergo oſtenſiones cum ſint, non oportet adhuc

huc quaerere apud alios Veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere: quum Apoſtoli, quaſi in Depoſitorium dives, pleniſſime in eam contulerint omnia, quae ſunt Veritatis: uti omnis, quicunque velit, ſumat ex ea potum Vitae. - - " Monet dein vitandos Haereticos, & iterum pergit: „Quid enim? Etſi de aliqua modica quaeſtione diſceptatio eſſet; nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli converſati ſunt, & ab eis de praeſenti quaeſtione ſumere quod certum & re liquidum eſt? Quid autem? ſi neque Apoſtoli quidem Scripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi Traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant Eccleſias? Cui ordinationi aſſentiunt multae Gentes Barbarorum, eorum qui in Chriſtum credunt, ſine charta & atramento ſcriptam habentes per Spiritum in cordibus ſuis Salutem, & veterem Traditionem diligenter cuſtodientes. " Denique cap. 24. omnia quaſi in pugnum contrahens Haereticorum fluctuationibus opponit: „ praedicationem Eccleſiae undique conſtantem, & aequaliter perſeverantem, & Teſtimonium habentem a Prophetis & ab Apoſtolis, & ab omnibus diſcipulis quemadmodum oſtendimus per initia, & medietates & finem, & per Univerſam Dei diſpoſitionem, & eam, quae ſecundum ſalutem hominis eſt ſolitam operationem, quae eſt in fide noſtra, quam perceptam ab Eccleſia cuſtodimus, & quae ſemper a Spiritu Dei, quaſi in Vaſe bono *eximium*

quod-

quoddam depositum juvenescens, & juvenescere Faciens ipsum Vas, in quo est. Hoc enim Ecclesiæ creditum est Dei munus. "

Earumdem traditionum exsistentiam, & necessitatem data opera evincunt TERTULLIANUS Lib. de Præscription. Contra Hær. & VINCENTIUS Lirinensis in commonitorio, quorum opuscula seorsim edita passim ad Manum sunt, vel, ut sint, vehementer opto.

Prob. III. E continua Ecclesiæ obser- 211
vantia.

Quam primum novæ ex orco emerserunt Hæreses, aut motæ Fuerunt Controversiæ, E. g. de celebratione Pascæ; non ex Scriptura, sed traditione Apostolorum, in Ecclesiis ab ipsis Fundatis deposita, terminatæ S. CYPRIANO cum Africanis & Asiaticis quibusdam Patribus Hæreticorum Baptisma reprobantibus, variisque S. Scripturæ textibus novellam opinionem Firmare conantibus, S. STEPHANUS R. P. hoc unum opposuit: *Nihil innovetur, nisi quod traditum est.* Impios ARII, & MACEDONII Errores Filii ac Spiritus S. divinitatem ejusdem cum Patre substantiæ inficiantium; NESTORII Hæresin, duas in Christo Fingentis Personas, & MARIAM negantis Dei param, aliaque hujusmodi commenta, traditionis ope confutata iisque apta Ὁμοούσιος, & Θεοδοκος vocabula, tesserarum ad instar, obposita fuerunt, quæ frustra in Verbo Dei scripto quæsieris.

212 *Prob. IV.* Traditionis necessitatem fateri coguntur vel ipsi Protestantes, qui multos nobiscum eadem certitudine credunt Articulos, quos e sola Scriptura probare nequeunt. I. Ipsius S. Scripturæ exsistentiam, divinam cujusque Libri Inspirationem, & integrum SS. Librorum Canonem (N. 92. 99.) II. Legitimum S. Scripturæ sensum (N. 181. seq.) III. Spiritus S. a Patre, filioque processionem. IV. Perpetuam B. Mariæ Virginitatem. V. Justorum Beatitudinem ante Corporum resurrectionem, & absque millenario in Terris Regno. VI. Liberos Catholicorum quoque Parentum originali Peccato infectos nasci. VII. Valere Baptismum Parvulis ante Usum rationis VIII. etiam ab Hæreticis collatum. IX. Eumque initerabilem esse. X. Lotionem Pedum, etsi a Christo cum Mandato institutam, Sacramentis accersendam non esse XI. Abstinentia a sanguine & suffocato, in N. T. diserte præceptam non amplius obligare. Hæc, inquam, & alia, non nisi ea Traditione ab Apostolis ad nos propagata unquam probari invicte poterunt.

213 *Objic.* E S. Scriptura: I. Prohibetur Deuteron. IV. 2. „Non addetis ad Verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo." Sed Traditio non scripta, est additio ad Verbum.

Resp. Prohibetur omnis additio ad Verbum, non quod *scripsit*, sed quod *Locutus* est

eſt Deus, id eſt, omnis Additio Deo revelanti contraria. *Conc.* Eidem conformis, & ab ipſomet revelata. *Neg.* Secus non licuiſſet Judæis credere & adhibere remedium pro Peccato originali fœmellis, aut maſculis ante diem octavum de vita periclitantibus, nullo Scripto exaratum, a Deo tamen Patribus revelatum.

II. Christus Matth. XV. 1. ſeq. Phari- 214
ſæis conquerentibus: „ Quare Diſcipuli tui transgrediuntur Traditionem ſeniorum, non enim lavant manus ſuas, cum panem manducant. " Reſpondit: „ Quare & vos transgredimini Mandatum Dei propter Traditionem veſtram. - - Irritum feciſtis Mandatum Dei propter Traditionem veſtram. "

Reſp. Merito Chriſtus exprobravit Phariſæis, quod propter traditiones *ſuas humanas*, non a Moyſe, non a Deo acceptas, ſed ab Hominibus adinventas, divina Mandata, etiam ſcripta, transgrederentur. Sic enim ait apud Marcum VII. 6. ſeq. „ Bene prophetavit Iſaias de vobis Hypocritis, ſicut ſcriptum eſt; Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longum eſt a me. In vanum autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta *Hominum*. Relinquentes enim Mandatum Dei, tenetis traditionem *Hominum* - - irritum facitis Præceptum Dei, ut traditionem *veſtram* ſervetis. - - Reſcindentes verbum Dei per traditionem *veſtram*, quam tra-

distis: & similia hujusmodi multa facitis." Has est Patres in Hæreticis reprobrarunt. Hic autem nobis Sermo est de Verbo, ab ipsomet *Deo*, non ab *Homine* Ecclesiæ tradito.

215 III. JOANNES Evang. XX. 30. „Multa quidem & alia signa fecit Jesus, quæ non sunt scripta in Libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Jesus est filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in Nomine ejus." Igitur præter ea, quæ scripta sunt, credendum nihil; ut enim in hæc verba notat S. AUGUSTINUS Tract. XLIX. in Joan. „Electa sunt autem, quæ scriberentur, quæ saluti credentium sufficere videbantur."

Resp. Non est heic Sermo de *Verbis* a Christo prolatis, & ab Evangelista scripto exaratis: sed de *Signis*, & prodigiis, quibus divinitatem suam evidenter demonstraverat, & quæ omissis innumeris aliis sufficere poterant, ut ex his omnes convincerentur, Christum esse verum Dei filium: sunt autem præter Articulum istum & alii credendi, in Libris sacris expresse & explicite non comprehensi.

216 IV. PAULUS Galat. I. 6. seq. „Miror, quod tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud Evangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Christi. Sed licet Nos, aut Angelus de cœlo evangelizaverit vobis, præterquam,

quam, quod evangelizavimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: ſi quis vobis evangelizaverit, præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. "

Reſp. Ex ipſo verborum contextu, quem integrum adponere volui, & S. PAULI ſcopo, evidens eſt, ſermonem eſſe de Pſeudo-Apoſtolis, qui doctrinam novam, Evangelio ab eodem prædicato *contrariam*, h. e. obligationem ſervandæ legis veteris cæremonialis, Galatis audebant obtrudere. Cæterum *præter*, non autem *contra* illa; quæ Paulus hactenus prædicaverat, & ſcripſerat, tam ipſe, quam alii Apoſtoli, præſertim S. JOANNES, plura ſuperaddiderunt, vel litteris exarata, vel viva ſolum voce tradita, fideliter tamen credenda.

V. Idem PAULUS 2. Tim. III. 16. ſeq. 217
Scripturam S. ſufficere docet, ut aliquis evadat perfectus Chriſtianus: „ Omnis Scriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in Juſtitia, ut perfectus ſit Homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. " Ad quid ergo Traditio?

Reſp. Utiliſſima omnino eſt S. Scriptura, ſed non ſola ſufficiens. Niſi quemlibet Scripturæ Librum, ſeorſim acceptum, utpote utilem ſufficere, alios autem redundare quis exiſtimet. Nec etiam in S. Scripturæ reve-

rentiam peccabit, qui negaverit, illam ſolam eſſe unicam, & adæquatam fidei Regulam; poſtquam Deus omni Verbo ſuo, ſive ſcripto, ſive tradito, eandem authoritatem eſſe, nec omnia ſcripto exarari voluit.

218 VI. Opponuntur varii SS. Patrum Textus, qui traditionibus adverſari, & omnia præter aut extra Scripturam rejicere videntur.

Reſp. Loquuntur vel de traditionibus commentitiis Hæreticorum, pro apoſtolicis falſo jactatis, vel mere humanis, apocryphis, incertis, aut Verbo Dei contrariis, vel quas Eccleſia pro genuinis nondum declaravit. Hujusmodi erant Traditiones Chiliaſtarum quarto decimanorum, aliorumque.

S. Cyprianus, quo nonnulli abutuntur contra Traditiones, tunc in errore rebaptizantium verſatus, falſo exiſtimabat, Traditionem a S. Stephano oppoſitam, non eſſe vetuſtam, ſed humanam, particularem, & S. Scripturæ adverſari. Hinc non traditioni univerſim, ſed ſolum huic particulari, qua, ut opinabatur, omnium Hæreticorum etiam formam depravantium Baptiſma probaretur, adquieſcere noluit. Sed Victoria Veritatis ex parte Romanæ Eccleſiæ ſtetit, cui totus orbis conſenſit. Quid autem de Traditionis authoritate ipſus ſenſerit, pandit Epiſtola LXXIV. ad Pompejum contra S. Stephanum ſcripta. Quod & nunc facere oportet Dei Sacerdotes præce-

præcepta divina ſervantes, ut ſi in aliquo nutaverit & vacillaverit Veritas, ad originem dominicam, & evangelicam & apoſtolicam Traditionem revertimur, & inde ſurgat actus noſtri ratio, unde & ordo & origo ſurrexit."

VII. Uſus traditionum ab antiquis Hæ- 219
reticis originem traxiſſe videtur, qui, ut S. IRÆNEUS frequenter advertit, ſecretis quibusdam Traditionibus tanquam a Chriſto & Apoſtolis acceptis ad ſtabiliendos ſuos Errores nitebantur; cum tamen CHRISTUS profeſſus fuerit, Joan. XVI. „Se palam locutum eſſe Mundo, & in occulto locutum eſſe nihil." Quin & Diſcipulis ſuis præceperit Matth. X. 27. „Quod dico vobis, dicite in Lumine, & quod in aure auditis, prædicate ſuper Tecta." Unde etiam ſequitur, genuinas a ſpuriis Traditionibus non poſſe diſcerni, nec illas per tot ſæcula ſervari potuiſſe incorruptas.

Reſp. Equidem Hæretici non nullas jactabant Traditiones, ut olim Phariſæi (Num. 214.) ſed humanas, fictitias, apocryphas, quorum Novitati & falſi toti mox a principio Eccleſia ſe obpoſuit. Habebant & ſecretas, ſed ob ipſam turpitudinem occultandas, quas ideo nec palam audebant edicere, ut conſtat de GNOSTICIS. Etſi autem Eccleſia quoque primis Sæculis Myſteria quædam ſolis Initiatis expoſuerit, reliquis autem Paganis, Judæis, ipſisque rudioribus Catechumenis abſconderit; id ex Chriſti Præcepto, & ea ra-

tione factum, ne sanctissima Religionis nostræ Mysteria, v. g. Trinitatis, Eucharistiæ &c. ob sui sublimitatem, imperitis scandalum videri possent aut stultitia. Qua de re pluribus egi in Dissertatione *de Disciplina Arcani*. Ut autem Traditiones genuinæ a spuriis, divinæ ab humanis discerni valeant, adsunt quædam Regulæ, §. III. proferendæ. Porro viam, qua Traditiones hujusmodi ad nos illibatæ propagari potuerunt, jam nunc monstratum eo.

§. II.

Qua ratione Verbum Dei traditum ad nos usque propagatum fuerit?

220 Quod inter Homines fieri adsolet, ut Majorum facta egregia, Instituta, Mores, Natales, a Patribus ad Filios, ab His ad Nepotes, & seros Posteros, fideli Narratione, sine charta, & atramento transmittantur; id in re omnium sanctissima, cujusmodi sunt revelatæ Religionis dogmata, sacrorum Ritus, & cæremoniæ, fieri quam facillime potuit, non modo Deo Ecclesiæ suæ singulari cura prospiciente, & perpetuo adsistente, sed vel ipsis fidelibus, eorum præsertim Pastoribus, pro conservanda Religionis Integritate suopte studio, vigilantia, ac zelo semper intendis. Per annos bis mille, ab Adamo usque ad Moysen absque ulla Librorum ope integre conservata fuit de uno Deo legitimis

timis Sacrificiis colendo, adorando, timendo, amando, de Rerum omnium Creatione, de Angelorum ac primi Hominis lapſu, & originis labe in Poſteros transfuſa, de promiſſo Salvatore ſuo tempore adparituro, de generali quodam Juſtificationis etiam Parvulorum utriusque Sexus Remedio, aliaque quam plurima: Quid obſtat, quo minus a MOYSE per Prophetarum, Sacerdotumque, quibus Religionis præcipua cura eſſe debet, ſeriem ad CHRISTUM usque, & inde ad nos propagari potuiſſet? Ipſi Hymni, Cantica, Pſalmi hunc in finem compoſiti, & ex Memoria continuo decantati, Medium erat facillimum, quo præter alias Gentes, Hebræa præſertim res ſuas ſacras Poſteris commendare ſolebant. Speciem habemus in Pſ. LXXVII. „ Attendite Populus meus Legem meam, inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab Initio. Quanta audivimus, & cognovimus ea, & Patres noſtri narraverunt nobis. Non ſunt occultata a filiis eorum in generatione altera. Narrantes Laudes Domini & Virtutes ejus, & mirabilia ejus, quæ fecit, & ſuſcitaverit teſtimonium in Jacob, & Legem poſuit in Iſrael. Quanta mandavit Patribus noſtris nota facere ea filiis ſuis, ut cognoſcat Generatio altera Filii, qui naſcentur & exſurgent, & narrabunt ea filiis ſuis, ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliviſcantur operum Dei, & Mandata ejus exquirant.“ Pergit dein ex ordine enarrare mira-

bilia Dei; quæ in Ægypto, in Exitu, in Deserto, usque ad Davidis electionem contigerant, Memoriæ facillime imprimenda, nec inde unquam delenda.

221 Præter istud autem, universis prope gentibus insitum, Fidem Majorum servandi Studium, CHRISTUS insuper Discipulos suos, orbis Terrarum futuros Magistros, expresso instruxit Mandato, ut quæ vel ab ipso audiverant, vel a Spiritu Veritatis edocti fuerant, super tecta omnibus prædicarent, ut paulo ante (N. 189.) commonstravi. Cui Mandato & ipsi religiosissime obsecuti, suos etiam Successores adcommissi sibi Doctrinæ depositi fidelem custodiam sub Jure jurando obstrinxerunt, ut ex his PAULI verbis Luculenter patet. 2. Tim. IV. 1. seq. „Testificor coram Deo & Jesu Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos, per adventum ipsius, & Regnum ejus, prædica Verbum, insta obportune, inportune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & Doctrina.“ Et Actor. XX. 28. „Attendite Vobis, & Universo Gregi, in quo Vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine suo.“ Quam quidem curam ac sollicitudinem in conservandis traditionibus primis Apostolorum Discipulis, IGNATIO ac POLYCARPO præcipue cordi fuisse, supra (N. 210.) ex EUSEBIO ostendi, quibus nunc alia ordine adjiciam. De S. CLEMENTE Romano testatur IRÆNEUS III. 8. „Traditiones annuntiat, quas

quas nuper ab Apoſtolis acceperat.“ De HEGESIPPO refert EUSEBIUS H. E. IV. 8. pag. m. 129. „ Celebris fuit Hegeſippus.-- Hic in quinque Libris ſimplici admodum Sermone conſcriptis veriſſimam apoſtolicæ prædicationis Hiſtoriam complexus eſt.“ De eodem aliisque coævis Scriptoribus, Dionyſio Corinthiorum, Pynito Cretenſium Epiſcopis, Philippo, Apollinari, Muſano, Modeſto, Iræneo ait Idem H. E. IV. 21. pag. 155. „ Quorum omnium Libri, ſinceram apoſtolicæ Traditionis, ac veræ Fidei doctrinam continenter, ad nos usque pervenerunt.“ Addit de HEGISIPPO cap. 22. „ Hegeſippus in quinque commentariorum Libris, qui ad nos pervenerunt, Luculentiſſima Fidei ſuæ Teſtimonia nobis reliquit. Scribit enim, ſe cum Romam proficiſceretur, plurimos Epiſcopos adiiſſe, & *ab omnibus unam eandemque audiiſſe Doctrinam.* Item poſtquam de Clementis ad Corinthios Epiſtola quædam commemoravit hæc addit. Et Corinthiorum quidem Eccleſia in recta fide permanſit uſque ad Primum ejusdem Loci Epiſcopum, quocum familiariter collocutus ſum, dum Romam navigarem, nec paucos dies converſatus ſum cum Corinthiis, mutuamque ex recta fide conſolationem cepimus. - - In ſinglis autem ſucceſſionibus Epiſcoporum, & per ſingulas Urbes eadem manent, quæ per legem ac Prophetas, & a Domino ipſo prædicata ſunt.“

Quo-

822 Quomodo in Schola Alexandrina Traditio Apoſtolorum per PANTÆNUM ad CLEMENTEM Alexandrinum, & ab hoc ad ORIGENEM traducta fuerit, ipſe docet CLEMENS Lib. I. Stromatum pag. m. 322. „ Non eſt autem hoc opus Scriptura artificioſe comparata ad oſtentationem, ſed mihi ad Senectutem reconduntur monimenta, oblivionis medicamentum, vere Imago & adumbratio evidentium & animatarum illarum orationum, quas dignus habitus ſum qui audirem, & Virorum beatorum, quique revera erant maximi pretii & æſtimationis. Eorum unus quidem in Græcia, Jonicus, alius vero in magna Græcia, quorum alter erat ex Cœleſyria, alter ex Ægypto oriundus. Alii autem ex Oriente, & ejus alter quidem Aſſyrius, alter vero in Palæſtina Hebræus, ex alto ducta origine. Cum autem in Ultimum (Puutænum) incidiſſem, erat autem hic primus poteſtate, conquievi, cum in Ægypto latentem indagaſſem. Sicula revera Apis, Prophetici & Apoſtolici Prati flores decerpens, ſinceram quamdam & incorruptam cognitionem ingeneravit eorum, qui audiebant, Animis. Sed hi veram quidem beatæ doctrinæ ſervabant Eruditionem, ſtatim a Petro & Jacobo, & Joanne, & Paulo beatis Apoſtolis, ita ut filius acciperet a Patre (pauci autem ſunt Patribus ſimiles) ad nos quoque Deo volente pervenerunt illa a Majoribus data & Apoſtolica depoſituri Semina. Certe autem ſcio, fore ut exſultent, non hac dico lætati expo-

ſitio-

sitione, sed solum quod in hoc scripto serventur, quæ illi tradiderunt. Est enim hæc, ut opinor, institutio Animæ desiderantis beatam ita conservare traditionem, ut non possit effugere." Hæc etiam ex eodem CLEMENTE defloravit EUSEBIUS H. E. V. 11. pag. 192.

At vero nullibi mjore cura ac sollertia 223
istud traditi Verbi depositum servatum fuit, quam per continuam Episcoporum in Ecclesia Romana, omnium Principe Matre, ac Magistra, successionem de qua hunc in modum loquitur EUSEBIUS Loc. cit. cap. 6. pag. 187. „Hac Serie & Successione tum traditio Apostolorum in Ecclesia tum Veritatis prædicatio ad nos usque pervenit." Sed juvat ipsum audire IRÆNEUM contra Hæreses III. 3. pag. 175. „Traditionem itaque Apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni Ecclesia adest respicere omnibus qui vera velint audire, & habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis, & successores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his deliratur. Etenim si recondita Mysteria scissent Apostoli, quæ seorsim & latenter a reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea, quibus Ecclesias committebant. Valde enim perfectos & irreprehensibiles eos volebant esse, quos & Successores relinquebant, suum ipsorum Locum Magisterii tradentes, quibus emendate agentibus fieret

fieret magna utilitas, Lapsis autem summa calamitas. Sed quoniam valde Longum est in hoc tali Volumine omnium Ecclesiarum numerare Successiones; maximæ & antiquissimæ, omnibus cognitæ, a gloriosissimis duobus Apostolis, Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis Traditionem, & annuntiatam Hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sibi placentia, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam Sententiam præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potiorem (alii legunt, potentiorem) principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos, qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quæ est ab Apostolis traditio. Fundantes igitur & instituentes beati Apostoli Ecclesiam Lino Episcopatum admnistrandæ Ecclesiæ commiserunt. Succedit autem ei Anacletus, post eum tertio Loco ab Apostolis Episcopatum sortitus Clemens, qui & vidit ipsos Apostolos, & contulit cum eis, & quum adhuc resonantem prædicationem Apostolorum & Traditionem ante oculos haberet, non solus, adhuc enim multi supererant tunc ab Apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente - - - scripsit, quæ est Romæ Ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans & reparans fidem eorum, & annuntians quam in recen-

recenti ab Apoſtolis acceperat Traditionem annuntiantem unum Deum. - - Hunc Patrem D. n. J. Chriſti ex ipſa Scriptura, qui velint, diſcere poſſunt, & Apoſtolicam Eccleſiæ Traditionem intelligere, quum ſit vetuſtior Epiſtola his, qui nunc falſo docent, & alterum Deum per demiurgum & factorem horum omnium, quæ ſunt, commentiuntur. Huic autem Clementi ſuccedit Evariſtus - - nunc duodecimo Loco Epiſcopatum ab Apoſtolis habet Eleutherus. Hac ordinatione & ſucceſſione, ea quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia Traditio, & veritatis præconatio pervenit uſque ad nos. Et eſt pleniſſima hæc oſtenſio, unam & eandem vivificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis uſque nunc ſit conſervata, & tradita in Veritate. Et Polycarpus autem non ſolum ab Apoſtolis edoctus, & conſervatus cum multis ex eis, qui Dominum noſtrum viderunt, ſed etiam ab Apoſtolis in Aſia, in ea quæ eſt Smyrnis Eccleſia conſtitutus Epiſcopus, quem & nos vidimus in prima noſtra ætate (multum enim perſeveravit, & valde ſenex Glorioſiſſime Martyrium faciens exivit de hac vita) hæc docuit ſemper, quæ ab Apoſtolis didicerat, quæ & Eccleſiæ tradidit, & ſola ſunt vera Teſtimonium his perhibent, quæ ſunt in Aſia Eccleſiæ omnes, & qui uſque adhuc ſucceſſerunt Polycarpo, qui Vir multo majoris authoritatis, & fidelior Veritatis eſt Teſtis, quam Valentinus & Marcion. - - Is enim eſt, qui ſub Aniceto quum

adve-

adveniſſet in Urbem, multos ex his, quos prædiximus, Hæreticos convertit in Eccleſiam Dei, unam & ſolam hanc Veritatem annuntians ab Apoſtolis percepiſſe ſe, quam & Eccleſiæ tradidit. - - Sed & quæ eſt Epheſi Eccleſia a Paulo quidem fundata, Joanne autem permanente apud eos uſque ad Trajani Tempora, teſtis eſt verus Apoſtolorum traditionis. " Ex quibus jam palam eſt, qua ratione traditum Verbum Dei ab ipſo CHRISTO, & Spiritu S. profectum ad Apoſtolos, ab his ad eorum inmediatos diſcipulos, per hos denique continua Epiſcoporum in Eccleſiis apoſtolicis, Romana præſertim, ſucceſſione nunquam interrupta, fideliter conſervatum, omnibusque Hæreticorum Novitatibus, quocunque tempore erumpentibus, Scuti ad inſtar firmiſſimi obpoſitum fuerit.

224 Nec dici poteſt, quod Hæretici ævo TERTULLIANI ſolebant, aut non omnia Apoſtolos ſciviſſe, aut non omnia omnibus tradidiſſe. „ In utroque enim, ut eos TERTULLIANUS confutat Lib. de Præſcription. contra Hæreſ. cap. 22. poſtquam præc. cap. Traditionem ab Eccleſiis apoſtolicis, tanquam matricibus & originalibus fidei (N. 101.) repetendam eſſe dixerat. " In utroque Chriſtum reprehenſioni ſubjiciunt, qui aut minus inſtructos, aut parum ſimplices Apoſtolos miſerit. Quis enim integræ mentis credere poteſt, aliquid eos ignoraſſe, quos *Magiſtros* Dominus dedit, individuos habitos in Comitatu,

tatu, in diſcipulatu, in convictu, quibus obſcura quæque ſeorſim diſſerebat, *illis* dicens *datum eſſe cognoſcere arcana*, quæ Populo intelligere non liceret Matth. XIII. 11. „ Latuit aliquid Petrum? ædificandæ Eccleſiæ Petram dictum, claves Regni cœlorum conſecuturum, & ſolvendi & ligandi in Cœlis & in terris poteſtatem? Latuit & Joannem aliquid? dilectiſſimum Domino, pectori ejus incubantem, cui ſoli Dominus Judam Traditorem præmonſtravit, quem Loco ſuo filium Mariæ demandavit? Quid eos ignoraſſe voluit, quibus etiam Gloriam ſuam exhibuit, Moyſen & Eliam, & inſuper de Cœlo Patris vocem? non quaſi cæteros reprobans, ſed quoniam in tribus Teſtibus ſtabit omne Verbum. Ignoraverunt itaque & Illi, quibus poſt Reſurrectionem quoque in Itinere omnes Scripturas ediſſerere dignatus eſt. Dixerat plane aliquando: Multa habeo vobis loqui, ſed non poteſtis ea modo ſuſtinere, tamen adjiciens: cum venerit ille Spiritus Veritatis, ipſe vos deducet in omnem veritatem oſtendit illos nihil ignoraſſe, quos *omnem Veritatem* conſecuturos per Spiritum Veritatis repromiſerat & utique implevit repromiſſum, probantibus Actis Apoſtolorum deſcenſus Spiritus ſancti. “

Ipſe denique frequens, & fere quotidia- 225
nis hujusmodi Traditionum Uſus, quo & Paganorum ſuperſtitioſis Ritus, quos tamen a Deo, acceptos credebant, & linguæ vernaculæ ſine ullis grammaticæ Regulis tanto

tempore conſervantur, facillima via eſt, traditiones ad ſeram Poſteritatem etiam ſine Scriptura propagandi. Quis Apoſtolorum Symbolum, quis Orationem Dominicam, ne a centeſimo quidem in Evangelio Lectam, quis Decalogi, Eccleſiæque Præcepta, aliaque e Populi fidelis animo, atque Memoria unquam delebit, aut novum, ante hac inauditum doctrinæ genus, ſine tumultu ac ſeditione eidem proponet? Viderant fideles, ſeptem in Eccleſia Sacramenta celebrari; viderant, quibus cæremoniis adminiſtrentur; audiebat quotidie orari pro defunctis, honorari Sanctorum Memorias, implorari eorum Patrocinium, coli Imagines: Cruce ſignari frontes, Balſamo ungi, & ſexcenta alia, quotidiano uſu atque auditu Memoriæ omnium impreſſa. „ Harum, adpoſite inquit TERTULLIANUS Lib. de corona Militis cap. 4. plures traditiones non ſcriptas commemorans: „ Harum & aliarum ejusmodi diſciplinarum, ſi Legem expoſtules Scripturarum, nullam invenies. Traditio tibi prætenditur autrix, conſuetudo confirmatrix, fides obſervatrix. Rationem traditioni, conſuetudini, Fidei patrocinaturam, aut ipſe perſpicies, aut ab aliquo, qui perſpexerit, diſces. "

226 His autem omnibus velut in cumulum accedit ſingularis providentia, & adſiſtentia Dei, qui ſe cum Apoſtolis, & Succeſſoribus futurum eſſe promiſit omnibus diebus usque ad conſummationem Sæculi; qui Eccleſiam

ſupra Petram ædificavit, contra quam Portæ Inferi nunquam eſſent prævaliturae. Hæc ipſa Dei Providentia, quæ S. Scripturas, tot licet perſecutionibus atque periculis expoſitas, etiam poſt deperdita autographa, in Verſionibus hactenus integras & quoad ſubſtantiam incorruptas conſervavit. Hæc, inquam, & traditiones non ſcriptas ore tamen Chriſti prolatas, aut a Spiritu S. ſuggeſtas, numero pauciores, captu faciliores, eadem authoritate intemeratas ſervare poteſt, & teſte Eccleſiarum, utut remotiſſimarum concordia certiſſime conſervavit, conſervabitque. Hæc ipſa Providentia Dei, de qua præter catholicam nulla alia gloriari poteſt, Hæreſibus quovis vere Sæculo ex orco erumpentibus totidem obpoſuit vigilantiſſimos Eccleſiarum Paſtores, & Doctores orthodoxos, qui novitios Errores accepta a Patribus Doctrina confutarunt, hancque ipſam ſcriptis ad Poſteros transmiſſis inſeruerunt. Hæc Epiſcopos in conciliis congregavit, qui Eccleſiarum ſuarum ab Apoſtolicis Viris fundatarum traducta dogmatum Semina conferrent, editisque canonibus ſtabilirent. Porro hic ipſe tot Virorum, Moribus licet, genio, ac Patria tantum inter ſe diverſorum conſtans atque perpetuo conſenſus, quid niſi Veritatis a Deo acceptæ Indicium eſt? Age, finiam hunc §. cum TERTULLIANO de Præſcription. cap. 28. „Age nunc, omnes (Eccleſiæ) erraverit, deceptus ſit & Apoſtolus de Teſtimonio reddendo quibusdam: nullam reſpe-

xerit Spiritus S. ut eam in veritatem deduceret, ad hoc miſſus a Chriſto, ad hoc poſtularet, ad hoc miſſus a Chriſto, ad hoc poſtularetus de Patre, ut eſſet Doctor veritatis. Neglexerit officium Dei Villicus, Chriſti Vicarius (Spiritus S.) ſinens Eccleſias aliter interim intelligere, aliter credere, quam ipſe per Apoſtolos prædicabat. Ecquid veriſimile eſt, ut tot, ac tantæ (Eccleſiæ) in unam fidem erraverint? Nullus inter multos eventus eſt unus exitus, variaſſe debuerat error doctrinæ Eccleſiarum. Cæterum quod apud multos unum invenitur, non eſt erratum, ſed traditum. Audeat ergo aliquis dicere, illos erraſſe, qui tradiderunt?"

§. III.

Regulæ pro dignoſcendis Traditionibus.

227 Quum Traditio divina ſit ipſum Dei verbum; dubium eſſe nemini poteſt, quin genuinus ſit theologiæ Locus, unde firmum argumentum deduci valeat, haud ſecus ac ex ipſa S. Scriptura legitima authoritate expoſita. Quoniam vero multiplex eſt Traditio (N. 200.) nec a quolibet ſtatim dignoſcitur, divina ſit, an humana, hunc in finem a SS. Patribus & Theologis Regulæ quædam ſtatutæ fuerunt, ad quas, ceu Lydium Lapidem, traditio quævis examinari poſſit, ut divina ſit vel humana, Apoſtolica, an mere eccleſiaſtica

ſiaſtica dijudicari valeat. Sunt autem fere ſequentes

REGULÆ

Pro Traditionibus divinis ad Fidem pertinentibus.

Regula I. Quod univerſa Eccleſia tanquam dogma fidei amplectitur, quamvis in SS. Litteris aut omnino non, aut non ſatis clare expreſſum reperiatur, pro Traditione divina habendum eſt. 228

Exemplo ſit Valor Baptiſmi Parvulorum, aut ab Hæreticis collati: Perpetua Virginitas B. V. Mariæ, ejusque a Peccato actuali inmunitas.

Ratio Regulæ eſt: Eccleſia tanquam columna & firmamentum Veritatis, contra quam ex Chriſti promiſſo Portæ Inferi nunquam prævalebunt, cum in veritatibus fidei dijudicandis errare nequeat, neque tamen novas revelationes exſpectare valeat, ſequitur eam a Chriſto vel Spiritu ſancto per Apoſtolos accepiſſe, quod tanquam fidei dogma amplectitur. Sumta eſt hæc Regula ex Iræneo (N. 223.) & Tertulliano (N. 101.) Eadem paſſim uſi fuerunt SS. Patres, CYPRIANUS contra Novatianos. HIERONYMUS adverſus Vigilantium, Helvidium, Jovinianum. AUGUSTINUS contra Pelagianos & Donatiſtas.

229 *Regula II.* Quod in Concilio generali legitimo & acceptato ut dogma fidei credendum proponitur, etſi in S. Scriptura clare expreſſum non inveniatur, ut divinitus traditum agnoſci debet.

Exemplo eſt Proceſſio Spiritus S. a Filio, a Concilio Lugdunenſi, Viſio intuitiva Animabus Juſtorum plene purgatis ante corporum reſurrectionem concedenda, a Florentino, Septenarius Sacramentorum Numerus a Tridentino Conciliis definita.

Ratio eſt. Hujusmodi Concilium quum univerſam repræſentet Eccleſiam, ubi Epiſcopi congregati de ſingularum Eccleſiarum ſuarum, quarum potiores ab ipſis Apoſtolis, vel Viris Apoſtolicis originem trahunt, Traditione conformi teſtantur, eadem prorſus infallibilitate præditum eſſe debet. Idem dicendum, quando in hujusmodi Concilio Doctrina aut Propoſitio ut Hæretica proſcribitur; altera contradictorie eidem obpoſita, tanquam fide certa tenenda erit.

230 *Regula III.* Quod Romanus Pontifex legitime electus, & ab univerſa Eccleſia agnitus, tanquam fide credendum, omnibus publice proponit, ſeu, ut ajunt, ex cathedra loquens docet, id etiam pro divina Traditione habendum eſt.

Exemplo eſt Error rebaptizantium, Pelagianorum, & Maſſilienſium, quos extra generale Concilium Sedes Romana repreſſit.

Fun-

Fundatur hæc Regula cum in continua Epiſcoporum potentioris hujus Eccleſiæ ſucceſſione, quorum nullus cujusdam in fide erroris publice prædicati hactenus convinci potuit, & conſervata ibidem præ cæteris Apoſtolorum Petri & Pauli traditione, tum in promiſſa Petro ac ſucceſſoribus infallibilitatis prærogativa, cum centro unitatis neceſſario connexa, ut ſuo loco uberius oſtendetur.

Regula IV. Quando SS. Patres, primo- 231
rum præcipue Sæculorum, doctrinam fidei velut ab Apoſtolis acceptam unanimi, aut ſaltem communi conſenſu teſtantur, pro dogmate divinitus tradito recipienda eſt.

Exemplo ſunt Libri deutero-canonici, Sacramentum confirmationis &c.

Ratio eſt. Cum SS. Patres, Epiſcopi præſertim, Traditionum cuſtodes ac teſtes exſiſtant, nec præſumi poſſit, eos Temporibus ac Locis tantum inter ſe diſtantes, ad decipiendum conſpirare vel voluiſſe, aut potuiſſe; concors eorum aſſertio pro divina traditione recipienda eſt; ſecus cum errantibus illis omnibus, univerſa ſimul erraret Eccleſia.

REGULÆ
Pro divinis Traditionibus Mores concernentibus.

Regula I. Quoad univerſa tenet Eccle- 232
ſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper

retentum eſt, non niſi authoritate apoſtolica traditum rectiſſime creditur. S. AUGUSTINI verba ſunt de Bapt contra Donatiſt. IV. 24. Quia vero Apoſtolorum Traditio duplex eſt, una apoſtolico-divina, & altera apoſtolico-humana, hinc ad utramque dignoſcendam ſequuntur aliæ.

233 *Regula II.* Lex, cujus ignoratur Initium, & cujus Materia humanam poteſtatem excedit, e. g. Materia Sacramentorum, pro divino-apoſtolica habenda eſt. Huc etiam non nulli revocant Leges, quarum materia poteſtatem Eccleſiæ quidem non excederet, ita tamen in Eccleſia conſtanter obſervatæ fuerunt, ut nulla diſpenſatione aut abrogatione fuerint unquam labefactatæ; Indicio id eſſe videtur, quod Eccleſia & Romani Pontifices eas ut divinitus traditas venerati fuerint. Huc forte pertinet obſervatio Diei Dominicæ Loco Sabbathi.

234 *Regula III.* Lex, quam generale Concilium, aut Romani Pontifices divinam eſſe ſufficienter declararunt, pro tali omnino cenſenda eſt. E. g. Inſolubile Matrimonii conſummati Vinculum. Diſtincta Peccatorum gravium confeſſio.

Fundatur hæc Regula in Concilii generalis & Rom. Pontificis infallibilitate quoad authoritatem Leges divinas declarandi.

Hæc

Hæc quidem de Traditionibus divinis. 235
Sunt autem & aliæ humanæ, ſeu apoſtolico-humanæ, quarum Authores ſunt Apoſtoli, tanquam Eccleſiarum fundatores, vel mere Eccleſiaſticæ ab Apoſtolorum Succeſſoribus profectæ, quæ quidem fidem a ſolo Deo revelatam non attingunt, ſed Ritus quosdam vel diſciplinam ordinant, & hoc ipſo, quod humanæ ſint, pro temporum, locorum ac perſonarum circumſtantiis, variæ eſſe & mutari poſſunt.

REGULÆ

Pro Traditionibus humanis.

Regula I. Traditio, cujus reperitur Ini- 236
tium in Statutis Conciliorum, Decretis Pontificum, vel operibus Patrum, etiamſi in univerſa obſervetur Eccleſia, pro humana reputanda eſt.

Exemplo ſit Jejunium quatuor temporum.

Ratio eſt. Si hujusmodi Traditio divina foret, a Deo revelata eſſe deberet. At vero poſt CHRISTI ad cœlos aſcenſum, & Spiritus S. adventum, novæ revelationes, ſaltem publicæ & pro tota Eccleſia, non amplius exſpectandæ ſunt, quia non promiſſæ. Ergo.

Hanc Regulam conſtanter obſervarunt Patres, & Hæreticis, præſertim Montaniſtis,

novas revelationes jactantibus obposuerunt, ut videre est in TERTULLIANO de præscript. & VINCENTIO Lirinensi.

237 *Regula II.* Doctrina vel observantia, quæ in una solum vel paucis Ecclesiis particularibus obtinet, humanæ est authoritatis.

Exemplum est in Jejunio Sabbatino in Ecclesia Romana, non item in Mediolanensi observata.

Ratio est. Quum veritates divinitus revelatæ orbi universo per Apostolos, & quidem expresso Christi Mandato promulgatæ fuerint; fieri omnino non potuit, ut una solum particularis, aut paucæ quædem Ecclesiæ eas conservarent, reliquæ autem omnes, præsertim ubi non interrupta inde ab Apostolis viguit Episcoporum Catholicorum successio, negligerent, aut e Memoria dimitterent. Ita VINCENTIUS Lirinensis commonit. cap. 3. „ Quid igitur tunc faciet Christianus catholicus, si se aliqua Ecclesiæ particula (ut Donatistarum, Luciferianorum) ab universali fidei Communione præsciderit? Quid utique, nisi ut pestifero corruptoque Membro Sanctitatem universi corporis anteponat. "

238 *Regula III.* Illa quoque Doctrina pro humana Traditione, verius adinventione, ac innovatione, habenda est, quæ a paucis, licet antiquis Authoribus, aut in una solum vel alte-

altera Provincia, contra omnium aliorum Sententiam obtrudi cœpit.

Exemplum eſt in Baptiſmo Hæreticorum Legitima forma miniſtrato, ab Africanis tamen, & Aſiaticis quibusdam repetitio. Hanc Regulam firmat VINCENTIUS Lirinenſis Loc. cit. cap. 3. „ Quodſi in ipſa Vetuſtate duorum aut trium Hominum, vel certe civitatis unius; aut etiam Provinciæ alicujus Error deprehendatur. Tunc enim curabit, ut paucorum temeritate, vel inſcitiæ, ſi quæ ſunt univerſaliter antiquitus univerſalis Concilii Decreta præponat. “ vid. etiam cap. 28. ubi S. CYPRIANUM indigitare videtur.

REGULÆ

Pro Traditionibus Apoſtolico-humanis.

Regula 1. Traditio, cujus ignoratur Initium, Chriſti tamen ex hoc Mundo diſceſſum ſubponit, nec Eccleſiæ poteſtatem excedit, præſertim ſi in ea aliquando diſpenſatum fuiſſe legatur, Apoſtolica eſſe cenſetur. 239

Exemplum eſt in celebrando diei Paſcæ, & Pentecoſtes.

Ratio eſt. Hujusmodi Traditio, cum Chriſti ex hoc Mundo diſceſſum ſubponit, divina eſſe nequit: Quoniam vero nullum ejus in Conciliis, aut Pontificis Romani Decreto Initium deprehenditur, ad ipſos Apoſtolos originem ſuam non inmerito refert.

240 *Regula II.* Lex, Ritus, vel consuetudo, jam primis Temporibus per universam Ecclesiam observato, cujus Author nescitur, etsi Ecclesiæ potestatem non excedat, ab Apostolis descendere existimanda est.

Exemplo sit consuetudo, cruce se signandi, die dominica, & tempore Pascali standi, orandi facie ad orientem directa, sumendi Eucharistiam sub alterutra Specie.

Est hæc ipsa Regula S. Augustini (N. 232.)

241 *Regula III.* Traditio quam SS. Patres ab Apostolis descendere concorditer adfirmant, ut talis quoque agnoscenda est.

Exemplum est Jejunium quadragesimale.

Sunt enim SS. Patres Testes legitimi ipsarumque Traditionum depositarum custodes fideles, quibus fidem negare, illiberale foret.

REGULÆ
Pro Traditionibus mere ecclesiasticis.

242 *Regula I.* Ritus, vel consuetudo, quæ non solum Christi, sed ipsorum etiam Apostolorum obitum subponit, mere ecclesiasticus est.

Exemplum habemus in festivitatibus Honori B. V. Mariæ, Apostolorum, SS. Mar-

Martyrum dictatis, Anniversariis defunctorum Memoriis.

Regula II. Traditio antiqua, cujus determinata ignoratur origo, in operibus tamen primorum Patrum non occurrit Mentio, pro mere Ecclesiastica habenda est. 243

Exemplo sunt variæ Benedictiones cereorum, cinerum, Palmarum, Agnorum Dei, Processiones &c.

Ratio est. Traditio apostolica per idoneos Testes serie continua propagari debet. Dum ergo primi Patres de hujusmodi Ritibus prorsus silent, tunc testimonia, eorumque continuatio deficit.

Ex hactenus dictis de Traditione facile colligitur. 244

1.) Tunc demum firmum argumentum theologicum inde deduci, quando de illa, tanquam divina, ex Ecclesiæ authoritate certo nobis constat. Quodsi traditio solum probabiliter exsistat, quippe ab aliquibus tantum Authoribus pro tali asserta, etiam conclusio solum probabilis inde sequitur.

2.) Traditiones divinas sive Fidei, sive Morum, nulli unquam mutationi subesse, quum sint ipsum Dei Verbum, quod manet in æternum, & inferioris dispositioni non subjacet: ex adverso Traditiones apostolico-

humanas abrogari poſſe, eoquod Succeſſores pari cum Apoſtolis poteſtate *ordinaria* gaudeant. Hinc videmus abrogatam Legem abſtinentiæ a Sanguine & ſuffocato, ab Apoſtolis in Concilio Hieroſolymitano ſancitam.

3.) Traditiones hauriendas eſſe præcipue e SS. Conciliorum Canonibus, Romanorum Pontificium Decretis, SS. Patrum præſertim priorum Sæculorum operibus, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus EUSEBIO aliisque. Unde per ſe conſequitur, quanta veri Nominis Theologo neceſſitas incumbat, in eorumdem Lectione ſedula ſe exercendi, & adminicula huc conducentia ſibi comparandi. Utilem tyronibus operam præſtabit Joannis CABASSUTII *Notitia eccleſiaſtica*, & COTELERIUS, qui Patres apoſtolicos eruditiſſimis Notis illuſtratos collegit.



CAPUT III.

DE AUTHORITATE SS. PATRUM.

Jam in Limine hujus pertractationis (N. 25.) 245
præmonui, Sanctis Eccleſiæ Patribus, non dignitatis ordine, ſed Nexus ratione, tertium adſignari Locum, quod Verbi Dei traditi Teſtes ſint, & quaſi traduces, illudque in ſuis operibus ad Poſteros propagaverint. Venerando autem hoc Patrum Nomine non omnes intelliguntur Scriptores, qui quoquo modo res Eccleſiaſticas, fidem, Mores, vel diſciplinam concernentes pertractarunt, ſed qui competente antiquitate, Doctrinæ ac Sanctitatis prærogativa celebrati, Eccleſiæ filios quaſi generarunt, aut recentioribus etiam Sæculis Hæreſibus ſe obponendo, quodammodo regenerarunt, quorum agmen tanquam Patrum quidam Benjamin claudit S. Bernardus reſpectu priorum noviſſimus, illorum tamen Spiritu & quaſi Stylo animatus.

Etſi autem Doctores *in Eccleſia* ſemper fuerint, exſtiturique ſint, ſecundum Christi Inſtitutum, atque promiſſum Eph. IV. „Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Evangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. NB.

donec

donec omnes occurramus in unitatem fidei (h. e. usque ad consummationem Saeculi) & agnitionis Filii Dei, in Virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omnivento doctrinae." Non tamen omnes dici possunt *Doctores Ecclesiae*, nisi quos Speciali isto Elogio Ecclesia commendat, quorum quatuor praecipuos HIERONYMUM, AMBROSIUM, AUGUSTINUM & GREGORIUM M. Latina, & totidem graeca veneratur, ATHANASIUM, BASILIUM, GREGORIUM Nazianzenum dictum Theologum, & JOANNEM Chrysostomum: Etsi & alii plures iisdem accenseri soleant.

Porro quamvis non nulli inter veteres Doctrina omnino excelluerint, ut TATIANUS, TERTULLIANUS, ORIGENES, EUSEBIUS Caesareensis, RUFINUS, eos tamen SS. Patrum elogio haud efferimus, quod in vera fide Ecclesiae aut non perseveraverint, aut de Errore saltem suspecti sint. Solet etiam triplex distinqui Patrum aetas, quarum *prima* ab Apostolis ad Concilium Nicaenum usque, *altera* inde ad saeculum VII. decurrit. *Tertia* denique complectitur Patres ad Saeculum XIII. quo Theologia Scholastica praevalere coepit. Primae aetatis Patribus, quippe Apostolorum tempori, & Traditionum origini propioribus, vel ipsi Saniores de Protestantium coetu assurgere solent, Anglicanae praesertim communiones, quos Episcopales dicunt, Viri cum

primis

primis eruditi, & de Patrum quorumdam editionibus bene meriti. Minoris æſtimant illos ſecundæ ætatis poſt Concilium Nicænum florentes, & novatæ in multis Doctrinæ reos arguunt. Hoc igitur Loco inquirendum, quantæ in fidei ac Morum dogmatis comprobandis authoritatis Patrum conſenſus haberi debeat, tum etiam, quæ in iisdem cum fructu evolvendis adhibendæ ſint Regulæ atque cautelæ.

§. I.

De SS. Patrum authoritate.

Dum de SS. Patrum Teſtimoniis, ho- 246
rumque pondere agitur, tria ſecernenda ſunt 1.) Vel enim unius ſolum, aut alterius profertur Teſtimonium: 2.) aut communis plurimum, vel 3.) denique concors omnium & unanimis comprobatur Conſenſus. Quum etiam iidem Patres diverſa Doctrinæ capita pertractaverint, quæ a) ad S. Scripturarum expoſitionem, b) ad dogmata fidei, c) Morumque, d) Eccleſiæ diſciplinas, e) aut humanas Scientias referuntur. Hinc pro Perſonarum & Doctrinæ capitum diverſitate, varium quoque de eorum authoritate ferendum eſt Judicium.

RESOLUTIO I. SS. Patrum ſive paucorum, ſive etiam plurium de iis rebus, quæ intra rationis naturalis Limites continentur,

Placita, non plus valent, quam eorum Ratio persuadet.

Ratio est. Deus, qui Mundum reliquit disputationibus Hominum, nec rerum a se craturum intimas rationes ac nexum revelare voluit, non alio fine Doctores Ecclesiæ dedit, quam ut fidei unitatem conservaret, primo quidem Apostolis traditam dehinc per Successores propagandam. Quum igitur SS. Patribus non Philosophiæ, sed revelatæ doctrinæ depositum concreditum fuerit, de illa etiam minus erant solliciti, nec ejusdem idonei testes esse possunt. Plerique in profanis litteris olim quidem egregie exercitati, ita tamen sacris se deinceps devoverunt totos, ut per plures annos omni secularium Librorum Lectione se abdicarent, quod de SS. GREGORIO Nazianzeno & BASILIO M. testatur RUFINVS H. E. II. 9. Idem de se ipso fatetur HIERONYMVS Proëm. comment. in Epist. ad Galat: „ Plusquam quindecim Anni sunt, inquit, ex quo in manus meas nusquam gentilium litterarum quilibet author ascendit. Et si quid forte inde, dum loquimur, obrepit, quasi per antiqui nebulam somnii recordamur. - - Quotus quisque nunc Aristotelem legit? quanti Platonis vel Libros novere vel nomen? Vix in angulis otiosi eos Senes recolunt. Rusticanos vero & piscatores nostros totus orbis loquitur." Sed & Patrum non nulli, qui Philosophiam excoluerunt, non raro quosdam inde Nævos traxerunt, suisque operibus insperserunt.

RESO-

RESOLUTIO II. Unius, aut plurimum 248
quoque SS. Patrum authoritas, in rebus etiam ad fidem pertinentibus, quando plures alii diſſentiunt, firmum argumentum haud ſubminiſtrat.

Ratio eſt. Soli Scriptores canonici a Deo inſpirati hoc ſibi inerrantiæ donum promittere poſſunt: cæteri omnes ſibi ſolis relicti nihil humani a ſe alienum arbitrantur, atque cum S. AVGVSTINO Ep. 19. ad Hieronym. relata cap. 5. diſq. 9. fatentur: „ Ego ſolis eis Scripturarum Libris, qui jam canonici adpellantur, didici hunc honorem timoremque deferre, ut nullum eorum auctorum ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credam, ac ſi aliquid in eis offendero litteris, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud, quam vel mendoſum eſſe codicem, vel Interpretem non aſſecutum eſſe, quod dictum eſt, vel me minime intellexiſſe, non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet Sanctitate doctrinaque præpalleant, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, perſuadere potuerunt. Nec te ſentire aliud exiſtimo, prorſus, inquam, non te arbitror ſic legi tuos libros velle, tanquam Prophetarum vel Apoſtolorum, de quorum Scriptis, quod omni Errore careant, dubitare nefarium eſt. “ Nec aliter HIERONYMVS Apologia contra Jovianum: „ De me, ubicunque

Scripturas non interpretor, sed libere de meo Sensu loquor, arguat me quilibet. „ Monet autem sapienter Melchior Canus de Locis theolog. Lib. VII. cap. 3. „ SS. Patres despicere & pro nihilo habere, impudentis erit; suscipere & habere pro certo, imprudentis."

249 Nec obstat, quod Gelasius P. I. cap. *Sancta Romana.* 3. Dist. XV. Cypriani, Athanasii, Gregorii Nazianzeni, Basilii M. Ambrosii, Hieronymi, Augustini, & aliorum SS. PP. opera in Ecclesia legenda decernat, aliorum non item, uti Origenis, Eusebii, Rufini, quod non nulli in eorum Libris notati fuerint Errores; Inde enim nequaquam evincitur, priores omni nævo fuisse exemtos, quod de S. Leonis M. epistola ad Flavianum P. C. P. usque ad ultimum jota venerabiliter recipienda sub anathemate præcipit. De cæteris autem sic pergit: „ Item opuscula atque Tractatus omnium Patrum orthodoxorum, NB. qui in nullo a Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consortio deviaverunt, nec ab ejus fideli prædicatione sejuncti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei usque ad ultimum diem vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus." De plerisque aliis ait, sequentum S. Pauli monitum, *omnia probate, quod bonum est, tenete.* Commendantur igitur priorum opuscula Patrum, eoquod in iis rebus, quæ tunc publice ab omnibus & firmiter credebantur, & recta fide non aberraverint, etsi non nulla scripserint, revelationi tunc nondum

per-

perſpectæ, nec ab Eccleſia propoſitæ, diſſona; minime autem Scriptoribus canonicis, quorum infallibilis prorſus eſt authoritas, æquiparantur, ut gloſſæ ad hoc capitulum viſum fuit.

RESOLUTIO III. Unanimis SS Patrum in SS. Litterarum expoſitione conſenſus certiſſimum argumentum conficit. 250

Prob. I. Ex ipſo S. Scripturæ Eccl. VIII. 9. ſeq. „ Ne deſpicias narrationem Presbyterorum Sapientium, & in proverbiis eorum converſare, ab ipſis enim diſces Sapientiam, & doctrinam Intellectus. - - Non te præterit narratio ſeniorum, ipſi enim didicerunt a Patribus ſuis, quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum. " Negari certe nequit, Chriſtum *aperuiſſe* Apoſtolis *Senſum, ut intelligerint Scripturas* Luc. XXIV. 45. hunc quoque in finem *poſitos a Deo fuiſſe quosdam quidem in Eccleſia, primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas*, hoc eſt, Interpretes, *tertio Doctores.* 1. Cor. XII. 28. qui iſtum interpretationis ſenſum adinſtar depoſiti Succeſſoribus commendarent, & ſic usque ad conſummationem Sæculi conſervarent. (N. 189.) Quando igitur Patres temporibus ac locis adeo ſejuncti in exponendo S. Scripturæ ſenſu concordant, evidens utique ſignum, cum a Chriſto per Apoſtolos, inſuper Spiritu Veritatis edoctos, ad illos, & inde usque ad nos dimanaſſe. Hinc recte arguit

VINCENTIUS Lirinenſ. in commonitorio N. 2. p. m. 301. „ Hic forſan requiret aliquis: cum ſit perfectus Scripturarum Canon ſibique ad omnia ſatis ſuperque ſufficiat, quid opus eſt, ut ei eccleſiaſticæ intelligentiæ jungatur authoritas? Quia videlicet Scripturam S. pro ipſa ſua altitudine non uno eodemque ſenſu univerſi accipiunt, ſed ejusdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur; ut pene quot homines ſunt, tot illinc ſententiæ erui poſſe videantur. Aliter namque illam Novatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit. Aliter Arius, Eunomius, Macedonius. Aliter Photinus, Apollinaris, Priſcillianus; aliter Jovinianus, Pelagius, Cœleſtinus, aliter poſtremo Neſtorius. (Addam ego, aliter Lutherus, Zwinglius, Calvinus, Socinus, Servetus.) Atque idcirco multum neceſſe eſt, propter tantos tam varii errores anfractus, ut propheticæ, & apoſtolicæ interpretationis linea ſecundum eccleſiaſtici & catholici ſenſus normam dirigatur.“

251 *Prob. II.* E Conciliis, quæ S. Scripturæ Senſum, ab Hæreticis in controverſiam vocatum, non niſi e præcedentium Patrum interpretatione accepta exponendum cenſuerunt. Sic Concilium generale V. Conſtantinopol. I. Can. 9. concludit. „ Quum igitur hæc ita recte confeſſi ſumus, quæ tradita nobis ſunt tam a divinis Scripturis, quam a SS. Patrum doctrina, & ab his, quæ definita ſunt de una eademque fide a prædictis quatuor SS. Conciliis.

liis. - - - Si quis conatus fuerit contra hæc, quæ pie diſpoſuimus, vel tradere, vel docere, vel ſcribere - - - deponetur, vel anathematizabitur." In Concilio VI. C. P. III. Act. 10. Lecta fuerunt, & adprobata Teſtimonia Sanctorum ac probabilium Patrum, oſtendentia duas voluntates, & duas operationes in Jeſu Chriſto. Concilium *quini Sextum*, Conſtantinopoli in Trullo celebratum Can. 19. ab Eccleſia recepto ſtatuit. „Oportet eos, qui præſunt Eccleſiis, Clerum & Populum docere, ex divina Scriptura colligentes intelligentias & judicia veritatis, & non transgredientes jam poſitivos Terminos, vel divinorum Patrum traditionem. Sed etſi ad Scripturam pertinens controverſia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quam quomodo Eccleſiæ Luminaria, & doctores ſuis Scriptis expoſuerunt, & majorem ex his laudem conſequantur, quam ſi ea, quæ a ſe dicantur, componant; nedum quandoque ad id hæſitant ab eo, quod convenit, excidant." Denique Concilium VIII. C. P. III. Actione 20. Can. 1. decernit: „Ut rectam regiamque divinæ Juſtitiæ viam ſine erroris offenſa teneamus, SS. Patrum decreta, veluti inextinctæ quædam ſemperque lucentes faces, ſequenda ſunt. Qua propter Sanctiones Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ per Traditionem, tum Sanctis omnique laudis præconio celebrandis Apoſtolis, cum ab orthodoxis œcumeniciſque & provincialibus Conciliis, aut a quovis deiloquo Patre & Eccleſiæ Doctore (cæteris

consentibus) acceptas, servandas, custodiendasque profitemur: Traditiones enim sive per Sermonem, sive per Epistolam Majorum nostrorum, qui Vitæ Sanctitate nobis præluxerunt, acceptas, diserte magnus Apostolus Paulus tenendas monet. " Adde Concilium Tridentinum (N. 187.) allegatum.

252 *Prob. III.* E SS. Patribus. Iræneus contra Hæreses IV. 33. nov. edit. „ Agnitio vera est Apostolorum doctrina, vel antiquus Ecclesiæ Status, in universo mundo, & character Corporis Christi secundum Successiones Episcoporum, quibus illi eam, quæ in unoquoque loco est, Ecclesiam trididerunt, quæ pervenit usque ad nos, custoditione sine fictione, Scripturarum traditio plenissima, neque additamentum, neque ablationem recipiens, & Lectio sine falsatione, & secundum Scripturas expositio legitima, & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia, & præcipuum dilectionis munus, quod est prætiosius quam agnitio, gloriosius quam Prophetia, omnibus autem reliquis chrismatibus supereminens. "

Clemens Alexandrinus de Hæreticis, adulterina clave contra Patrum Regulam Scripturas exponentibus ita loquitur Stromat. VII. 16. pag. m. 896. „ Sunt enim Socordes, qui cum liceat ex ipsis Scripturis, divinis Scripturis convenientes colligere demonstrationes; id omnino non faciunt, sed quod eorum

eorum voluptatibus ſuffragatur, eligunt. Gloriæ tenentur deſiderio, qui ea quæ conveniunt Sermonibus divinitus inſpiratis, tradita a beatis Apoſtolis & Magiſtris, voluntarie elidunt, per alias argumentationes, humanis doctrinis reſiſtentes divinæ Traditioni, ut hæreſin conſtituant. Nam inter eos Viros, qui tanti erant in eccleſiaſtica cognitione, quid reſtabat dicendum a Marcione v. g. aut Prodico, & ſimilibus, qui non ſunt ingreſſi recta via? Neque enim eos, qui præceſſerant, ſuperare potuerunt Sapientia, ut aliquid adinvenirent iis, quæ ab illis vere dicta ſunt: ſed bene cum eis actum eſſet, ſi dicere potuiſſent ea quæ prius ſunt tradita, ſolus ergo Gnoſticus (cognitione veritatis prædictus) cum in ipſis conſenuerit, Scripturis Apoſtolicam & Eccleſiaſticam ſervans dogmatum rectitudinem, rectiſſime vivit ſecundum Evangelium & demonſtrationes ita ut quærit, invenit, ut qui emittatur a Domino a Lege, & Prophetis." Et cap. 17. „ Qui impios ergo attingunt Sermones, aliisque tradunt, neque Verbis divinis recte, ſed perverſe utuntur, neque ipſi in Regnum cœlorum ingredientur, neque eos, quos deceperunt, ſinunt aſſequi veritatem. Sed nec ipſi introitus clavem (Matth. XVI. 19. Luc. XI. 52.) habentes, ſed falſam quamdam, per quam non relaxato velo, ut nos ingredimur per Domini Traditionem, ſed exciſo oſtio, & muro Eccleſiæ clam profeſſo, Veritatem transgredientes efficiuntur Principes ac Duces

myſteriorum animæ impiorum. " Denique ex ipſa Eccleſiæ unitate fidei quoque & expoſitionis unitatem deducit: „ Nam cum unus ſit Deus, inquit, & unus Dominus, propterea id etiam, quod eſt ſumme venerabile, & ex eo quod ſit unicum laudatur, ut quod ſit imitatio principii, quod eſt unum. In unius ergo naturæ ſortem cooptatur Eccleſia quæ eſt una, quam conantur hæreſes in multas ſcindere. Et eſſentia ergo & opinione, & principio & excellentia, ſolam eſſe dicimus antiquam & Catholicam Eccleſiam, ut unitatem unius fidei, quæ eſt ex propriis Teſtamentis, vel potius ex Teſtamento quoad eſt unum diverſis temporibus; in quibus Dei voluntate per unum Dominum congregat eos qui ſunt jam ordinati, quos prædeſtinavit Deus, cum eos juſtos futuros cognoviſſet, ante mundi conſtitutionem. Cæterum Eccleſiæ quoque excellentia, ſicut Principium conſtitutionis, eſt ex unitate, omnia alia ſuperans, nihil habens ſibi ſimile vel æquale " ORIGENES tom. 29. in Matth. n. 46. Tom. III. operum nov. edit. pag. 864. de Hæreticis ſcripturas non traditio Senſu exponentibus ait: „ Quoties canonicas proferunt Scripturas, in quibus omnis Chriſtianus conſentit & credit, videntur dicere: *ecce in domibus verbum eſt veritatis*. Sed nos illis credere non debemus, nec exire a prima & eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quem admodum per ſucceſſionem Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis " De SS. GREGORIO Nazianzeno atque BASI-

110 M. teſtatur RUFINUS H. E. Lib. II. divinarum Scripturarum non ex propria præſumtione, ſed ex majorum Scriptis & auctoritate ſecutos fuiſſe, quos & ipſos ex apoſtolica ſucceſſione intelligentiæ Regulam ſuſcepiſſe conſtabat. Prætereo jam AMBROSIUM Lib. 3. de fide ad Gratianum, EPIPHANIUM Hæreſi 16. contra Apoſtolicos. HIERONYMUM in cap. 12. Daniel, & in Epiſtola ad Paulinum. S. AUGUSTINUM Lib. de utilitate credendi. GREGORIUM M. Lib. XXVIII. Moral. cap. 9. & unum adjiciam S. CASSIODORUM Lib. divin. Inſtitution. proëmio. „ Ad divinam Scripturam aſcendamus per expoſitiones probabiles Patrum, velut per quamdam Scalam viſionis Jacob, ut eorum ſenſibus porrecti ad cognitionem Domini efficaciter pervenire mereamur. " Et Cap. II. „ Sunt non nulli, qui putant eſſe laudabile, ſi quid contra antiquos ſapiant, & aliquid novi, ut periti videantur, inveniant. " Et cap. 25. „ Cuncta, quæ antiqui expoſitiones probabiliter dixerunt, ſollicita mente tenenda ſunt. "

Prob. IV. Ratione. Si in legitime ex- 253
ponendo S. Scripturæ Senſu concors Patrum falleretur conſenſus; tunc & omnes fideles, & ipſa Eccleſia cum iisdem univerſa, quæ Patres ſequitur, erraret; repugnat autem providentiæ Dei, ut Eccleſiam ab ipſomet poſitam ceu firmamentum, columnam & Matrem Veritatis, quam omnes audire juſſit, cui perpetuam

petuam adſiſtentiam ſuam promiſit, in Errorem labi permittat. Ergo.

2.) Ut relicta unanimi SS. Patrum expoſitione nova quædam pro legitima agnoſci poſſet, deberet hæc recentioribus Authoribus a Deo revelata fuiſſe; nam „ omnis Prophetia Scripturæ *propria interpretatione* non fit, ſed Spiritu S. inſpirati, Locuti ſunt ſancti Dei Homines. " 2. Petri I. 20. Atqui novæ revelationes publicæ jam non amplius exſpectandæ ſunt, & de privatis, cum nulla haberi valeat certitudo, idem dicendum, quod de Spiritu privato (N. 184.). Ergo.

254 *Objic.* Contra hanc Reſolutionem III. Omnes SS. PP. in exponendo Scripturæ ſenſu aliquando errarunt; nam illud Oſee XI. 1. *Ex Ægypto vocavi filium meum*, in ſenſu litterali de Populo Iſrael, in allegorico autem de CHRISTO intellexerunt, cum tamen S. Matthæus II. 15. in ſenſu litterali de CHRISTO exponat.

Reſp. Dum SS. Patres in exponendo Scripturæ ſenſu ſequendos dicimus, intelligendum eſt de ſenſu ad dogma fidei ac Morum pertinente. Utrum autem ſenſus litteralis citati loci de Iſrael, aut de Chriſto exponi debeat, ad fidem non pertinet. Immo cum unius ejusdemque loci multiplex poſſit eſſe ſenſus litteralis (N. 191.) hinc & ille Oſeæ textus ad litteram de Populo Iſraelis ex Ægy-

Ægypto liberato, & de Chriſto inde revocato, qui naturalis eſt Dei filius veriſſime intelligi poteſt.

Objic. II. Etiamſi communis SS. Pa- 255
trum expoſitio ſit, ſex diſtinctis diebus naturalibus Mundum & ſingulas ejus partes perfectas fuiſſe, ei tamen adverſatur AUGUSTINI Sententia, omnia ſimul ac ſemel producta fuiſſe, & dies pro conceptibus Angelicis exponentis.

2.) Idem dicendum de Moyſe, a quo Deum facie ad faciem viſum fuiſſe communis Patrum ſententia negat, AUGUSTINUS & quidam Scholaſtici affirmant.

3.) Patres omnes PAVLI textum, quod omnes in ADAM peccaverint, de omnibus prorſus, ſolo CHRISTO excepto, qui ex Semine Adam non fuit conceptus, ex Adamo deſcendentibus, etiam de B. V. MARIA intellexerunt: quo tamen non obſtante Eccleſia opinionem de B. V. MARIÆ ab originali Peccato inmunitate non tolerat modo, ſed & fovet, celebrando conceptionis feſtum. Igitur communis etiam Patrum expoſitio firmum argumentum non facit.

Reſp. ad 1. & 2. Hæc ad fidem & Mores non petinent. Ad 3. Neque ex revelatione ſcripta, nec tradita hactenus ſufficienter conſtat, an ſub illa regula etiam B.

V. MA-

V. MARIA comprehendatur, aut ab ea exemta ſit, certe enim S. AVGVSTINVS, quando de Peccato agitur, non vult de B. V. Maria habere quæſtionem. Hinc etiam Eccleſia hac de re nihil unquam pronuntiavit. Poſſunt autem SS. Patres de conceptione ſeminali, & materiali originalis Peccati, pia autem opinio de conceptione rationali exponi. Et tunc nulla eſt contractio. Ut enim JEREMIAS & JOANNES Baptiſta in utero Matrum ſanctificari, ita V. MARIA ab originalis peccati formalis macula præſervari potuit.

256 RESOLUTIO IV. Quod SS. Patres unanimi aut concordi conſenſu ut dogma fidei tradiderunt, pro tali quoque habendum eſt. Sequitur id ex dictis tum iſto, cum præcedente capite; ſequitur ex Eccleſiæ praxi continua, quæ exortam quamvis in fide profanam novitatem e Patrum conſenſu confutavit, & cum anathemate rejecit. Præclare hanc in rem ſcribit VINCENTIVS Lirinenſis commonitorio II. pag. m. 348. „ Ex ipſa Eccleſiæ vetuſtate duo quædam vehementer ſtudioſeque obſervanda, quibus penitus inhærere deberent, quicunque hæretici eſſe nollent. Primum, ſi quid eſſet antiquitus ab omnibus Eccleſiæ catholicæ Sacerdotibus univerſalis Concilii authoritate decretum: deinde ſi qua nova exurgeret quæſtio, ubi id minime reperiretur, recurrendum ad Sanctorum Patrum Sententias, eorum duntaxat, qui ſuis quisque temporibus & locis in unitate communionis

nis & fidei permanentes, Magiſtri probabiles exſtitiſſent, & quidquid uno ſenſu atque conſenſu tenuiſſe invenirentur, id Eccleſiæ verum & catholicum absque ullo ſcrupulo judicaretur. Quod ne præſumtione magis noſtra, quam auctoritate eccleſiaſtica promere videremur, exemplum adhibuimus Sancti Concilii Epheſini, ubi cum de ſanciendis fidei regulis diſceptaretur, nequa illic forſan profana novitas in modum perfidiæ Ariminenſis obreperet, univerſis Sacerdotibus, qui illo ducenti fere numero convenerant, hoc catholiciſſimum, fideliſſimum, atque optimum facta viſum eſt, ut in medium Sanctorum Patrum ſententiæ proferrentur, quorum alios Martyres, alios confeſſores, omnes vero catholicos ſacerdotes fuiſſe & permanſiſſe conſtaret, ut ſcilicet rite atque ſolemniter ex eorum Conſenſu atque decreto antiqui dogmatis Religio confirmaretur, & profanæ novitatis blaſphemia condemnaretur. Quod cum ita factum foret, jure meritoque impius ille Neſtorius catholicæ vetuſtati contrarius, beatus vero Cyrillus ſacroſanctæ antiquitati conſentaneus judicatus eſt. " Commemoratis deinde ſanctorum Patrum nominibus, quorum ſententiæ recitatæ fuerunt, porro ſubdit: „ Quæ tandem omnium voces, aut quæ omnium vota? niſi ut quod erat antiquitus traditum teneretur, quod adinventum nuper, exploderetur - - ut omnimodis præcaverent, ne aliquid Poſteris traderent, quod ipſi a Patribus non accepiſſent, & non ſolum in præſenti

rem

rem bene disponerent, verum etiam post futuris exempla praeberent, ut & ipsi scilicet sacratae vetustatis dogmata colerent, profanae vero novitatis adinventa damnarent. Invecti etiam sumus in Nestorii sceleratam praesumtionem, quod Sacram Scripturam se primum & solum intelligere, & omnes eos ignorasse jactaret, quicunque ante se Magisterii munere praediti divina eloquia tractavissent, universos scilicet Sacerdotes, universos Confessores & Martyres, quorum alii explanassent Dei Legem, alii vero explanantibus, consensissent vel credidissent; totam postremo etiam nunc errare & semper erraresse adseveraret Ecclesiam, quae ut ipsi videbatur, ignaros erroneosque Doctores secuta esset, & sequeretur." Tandem concludit: „Necesse est profecto omnibus deinceps Catholicis, qui sese Ecclesiae Matris legitimos filios probare student, ut Sanctae sanctorum Patrum fidei inhaereant, adglutinentur, immmorentur, profanas vero profanorum novitates detestentur, horrescant, insectentur, persequantur."

257 Adversus Patrum authoritatem magno conatu insurgunt DD. Protestantes, illi praeprimis duum Viri Andreas RIVETUS tractatu de Authoritate Patrum, Libris IV. Caitici Sacri praemisso Genevae 1642. & Joannes DALLAEUS Libris duobus de Usu Patrum ibidem 1686. Opponit uterque S. AUGUSTINUM, qui Lib. 2. contra Faustum Manichaeum cap. 5. asserit. 1. Patres non scripsisse praecipiendi autho-

authoritate, eos non cum credendi necessitate, sed cum judicandi libertate legendos esse. 2. Solam Scripturam S. esse, cui indubitanter credi debeat. „ Id genus litterarum (de Patrum operibus loquitur) quae non praecipiendi auctoritate, sed proficiendi exercitatione scribuntur a nobis, non cum credendi necessitate, sed cum judicandi libertate legendum est: cui tamen ne intercluderetur locus, & adimeretur Posteris ad Quaestiones difficiles tractandas atque versandas, Linquae ac styli saluberrimus Labor, distincta est a posterioribus libris excellentia canonicae authoritatis V. & N. Testamenti, quae Apostolorum confirmata temporibus, per successiones Episcoporum & propagationes Ecclesiarum, tanquam in sede quadam sublimiter constituta est, cui serviat omnis fidelis & pius Intellectus. Ibi siquid velut absurdum moverit, non licet dicere: Autor hujus libri non tenuit Veritatem: sed, aut codex mendosus est, aut interpres erravit, aut tu non intelligis. In opusculis autem posteriorum, quae libris innumerabilibus continentur, sed nullo modo illi sacratissimae canonicarum Scripturarum Excellentiae coaequantur, etiam in quibuscunque eorum invenitur eadem Veritas, longe tamen est impar auctoritas. Itaque in eis, si quae forte propterea dissonare putantur a vero, quia non ut dicta sunt intelliguntur, tamen liberum ibi habet Lector Auditorve judicium, quo vel approbet quod placuerit, vel improbet, quod offenderit. Et ideo cuncta ejusmodi nisi vel

certa ratione, vel ex illa canonica authoritate defendantur, ut demonſtretur ſive omnino ita eſſe, ſive fieri potuiſſe, quod ibi diſputatum eſt, vel narratum; ſi cui diſplicuerit, aut credere noluerit, non reprehenditur. In illa vero canonica eminentia Sacrarum Litterarum, etiam unus Propheta, ſeu Apoſtolus, aut Evangeliſta, aliquid in ſuis litteris poſuiſſe, ipſa canonica confirmatione declaratur, non licet dubitare, quod verum ſit: alioqui nulla erit pagina, qua humanæ imperitiæ regatur infirmitas, ſi Librorum ſaluberrima auctoritas aut contemtu penitus aboletur, aut interminata confunditur. "

Reſp. Loquitur S. AUGUSTINUS de quolibet Scriptore ſigillatim conſiderato, cum proprio ex ſenſu & privata opinione aut S. Litteras exponit, aut dogma quoddam, præſertim quoad modum, explicat, aut omnino Quæſtiones extraneas pertractat. Quemlibet enim Scriptorem opponit *uni* Prophetæ, *uni* Apoſtolo, *uni* Evangeliſtæ, cui, utpote divinitus inſpirato, etiam ſolitarie ſcribenti, fides indubitata habenda eſt. Non autem intelligendus eſt de omnium aut communi Patrum conſenſu, qui aperte frequenter, perſeveranter eundem S. Scripturæ ſenſum tradunt, aut aliquid tanquam dogma creditum fuiſſe teſtantur; tunc enim Verbi traditi cuſtodes ſunt & traduces, qui ut Scripturæ canonem *per ſucceſſiones Epiſcoporum & propagationes Eccleſiarum*, ut ait AUGUSTINUS, ita & reliqua

dogmata nobis commendarunt: Quo quidem in capite ſi omnes ſimul fuiſſent decepti; omnes quoque cum illis fideles, ac Univerſa demum Eccleſia, quæ non niſi Doctores, & Auditores complectitur, conſtanter erraret, jamque Portæ Inferi adverſus eam prævaluiſſent, cui Chriſtus ſe adfuturum promiſit uſque ad conſummationem Sæculi.

Opponit. II. Rivetus cap. 6. de au- 258
thoritate PP. Nullum Teſtimonium Hominum ex ſe fidem in rebus divinis facere poteſt indubitatam; quia omnis Homo mendax eſt, & errare humanum, id, quod non modo ſingulis, ſed pluribus quoque in unum congregatis, multo magis pluribus, tempore & loco diſtinctis accidit. Atqui conſenſus Patrum, quorum ſcripta exſtant, eſt Teſtimonium humanum: ſinguli enim Homines ſunt, & ſingulorum Hominum Teſtimonia in unum collata, non poſſunt alterius eſſe generis, quam cujus ſunt ſingula per ſe conſiderata. Ergo talis conſenſus fidem indubitatam ex ſe facere non poteſt.

Reſp. diſtq. maj. Nullum Teſtimonium Hominum - - ſi ſpectentur præciſe ut Homines. *Conc.* Tunc enim falli poſſunt & fallere. Si autem conſiderentur ut Rectores Eccleſiarum a Spiritu S. poſiti, ut cuſtodes, ac traduces depoſiti ſanæ doctrinæ: *Neg. maj.* eo ipſo enim, quod loco & tempore inter ſe ſejuncti in idem tamen conſentiant, indicio eſt, omnes

eandem doctrinam ab Apostolis per suos antecessores accepisse, nec studiose in deceptionem conspirasse. Nam ut ait TERTULLIANUS, quod apud omnes unum est, non est erratum sed traditum.

Resp. II. dist. maj. Consensus PP. Testimonium humanum est, de Veritate tamen non pure humana, sed a Christo Apostolis eorumque Successoribus veluti depositariis tradita, & Ecclesiæ Sigillo confirmatum. *Conc.* aliter *nego.* Ut enim diploma regium a Ministro quidem conceptum Voluntatem tamen Principis continens & ejus Sigillo obsignatum regiam obtinet authoritatem; ita pariter Patrum scripta, quæ creditam sibi doctrinam Christi complectuntur, ipsius quoque Christi authoritatem obtinent, non quatenus Scripta *Patrum* sunt, sed quatenus *Custodum* depositi illis commendati.

259 Opponit RIVETUS III. loco cit. Quorum (quantalibet polleant doctrina & pietate) testimonium non ideo verum est, quod ipsi scripserunt, sed prout ratio ab illis adducta, vel Scriptura citata persuaserit, eorum testimonium non per se sufficit ad divinam fidem ingenerandam: At tale est omnium & quorum vis Patrum, sive solitarium, sive consentiens testimonium: alioqui a divino testimonio non distaret, quod per se solum nullo indiget rationis præsidio, ut ex AUGUSTINO supra N. 257. ostensum est. Ergo testimonium etiam ex con-

consensu Patrum ad fidem divinam ingenerandam non valet. *Maj.* Constat ex natura fidei, cum enim hæc debeat esse veritatis & certitudinis immotæ, non potest ultimo terminari nisi in prima veritate, quæ est auctoritas divina sola immota exsistens: Auctoritatem autem Doctorum Ecclesiæ divinam & immotam esse, nondum ausi sunt decernere Catholici.

Resp. Dist. min. Tale est omnium PP. testimonium etiam consentiens, quando proponunt privatas & proprias opiniones, eas rationibus firmare, & S. Scripturæ concordes ostendere conantur. *Conc.* Quando testantur, doctrinam a Christo Apostolis esse traditam, & per horum Successores sibi adinstar depositi commendatam. *Nego.* Tunc enim fides in nobis generatur divina, terminata in authoritate Dei, quem hoc, quod credimus, revelasse, communi consensu Patres testantur.

Nec tamen sequitur, quod putat *Rivetus*, ut Patrum testimonia fidem ingenerent divinam, eos a Deo inspiratos esse oportere, quod Scriptoribus hagiographis proprium est. Sed hoc solum sequitur, Christum, quod utique promisit, constanter Ecclesiæ suæ Visibili ita adsistere, ut doctrina ab eo tradita fideliter conservetur ab iis, quorum curæ ab eo concredita fuit, qui non alii sunt, quam Pastores & Doctores, ab ipso Christo dati,

donec occurramus omnes in unitatem fidei, h. e. usque ad conſummationem Sæculi.

260 Obponit DALLÆUS de vero Uſu Patrum, cujus operoſum Argumentum huc redit, ab ipſomet in Synopſin redactum.

Patres non poſſunt ſedere Judices in controverſiis, quæ Romanam Eccleſiam inter, & Proteſtantes hodie jactantur. I. Quia ſi non impoſſibile, ſaltem difficillimum eſt, quid ſuper illis ſenſerint, liquide & diſtincte conſtituere. II. Quia cum eorum Sententia (etiam ſi certo de ea conſtaret) non ſit infallibilis, nec extra erroris aleam omnem conſtituta, non tantam habet authoritatem, ut in ea acquieſcere poſſit animus, qui in iis, quæ ad Religionem pertinent, nec poteſt, nec debet alia credere, quam de quorum veritate ſibi certo conſtat. Utramque partem duobus Libris probare contendit. Et Primi quidem

Cap. I. Ægre conſtare poteſt, quid circa noſtras de Religione controverſias ſenſerint Patres, cum pauca exſtent ab iis Scripta, tribus præſertim antiquiſſimis ſæculis. Suſpicatur autem DALLÆUS, quædam illorum ſtudioſe fuiſſe ſubpreſſa ab ipſis Catholicis, quæ ſuæ cum primo chriſtianiſmo diverſitatis, conformitatis autem cum Doctrina Proteſtantium argumenta continerent.

Reſp.

Reſp. Etiamſi non omnia primorum Patrum ſcripta ſuperſint, & illi etiam non plurima ſcripſerint, in iis tamen, quæ relicta ſunt, inſignia exſtant teſtimonia fidei Romano-Catholicæ, & Proteſtantibus adverſa: e. g. in Actis Martyrii S. ANDREÆ Apoſtoli, quorum authentiam D. Car. Chriſtianus WOGIUS, Profeſſor Lipſienſis, noviſſimo tuetur, de reali Chriſti præſentia in Sacramento Altaris, in Epiſtolis S. IGNATII M. quorum vindicias doctiſſimi Proteſtantium ſcripſerunt, de Hierarchia Eccleſiaſtica divinitus conſtituta, & Epiſcoporum ſupra Presbyteros eminentia &c. Prorſus autem a vero abludit, catholicos aut voluiſſe aut potuiſſe quædam Patrum opera e medio tollere, cum illa intacta reliquerint, in quibus errores adhuc hodie reperiuntur, ut TERTULLIANI, ORIGENIS, aliaque. Igitur Temporum Injuriæ, Adverſariorumque furori, ceu communi ſcriptis omnibus, aliisque rebus vetuſtis fato, eorum jactura adſcribenda eſt.

Cap. II. Quæ ſuperſunt e tribus priori- 261
bus ſæculis ſcripta maximam partem agunt de rebus alieniſſimis ab iis, quæ hodie circa Religionem in controverſiam vocantur, agunt enim vel contra vanitatem Idolorum, vel contra pervicaciam Judæorum, vel depellunt criminationes chriſtianorum fidei impactas: nihil autem de transſubſtantiatione, de confeſſione auriculari, de Purgatorio, de cultu Imaginum, de Papæ Monarchia &c.

Resp. Quamvis Primi illi Patres non conſcripſerint integros Tractatus de Fidei capitibus hodie controverſis; Teſtimonia tamen fidei ſuæ nobiſcum conſonæ plurima reliquerunt: In ipſis enim Apologiis, aliisque Libris produnt ſuam de Trinitate doctrinam contra Socinianos, novos Arianos: ſcripſerunt de Pœnitentia & Ritu exhomologeſeos. De præſentia Chriſti in Sacramento, de feſtis Martyrum diebus, de anniverſariis defunctorum, de Epiſcopi Romani ſupra reliquos Primatu, ad quem adpellationes dirigebantur. Quin de Purgatorio exſtat locus inſignis in Actis SS. PERPETUÆ & FELICITATIS. Porro priorum eamdem cum noſtra fidem fuiſſe, inde convincitur, quia ſtatim ad obortam quamcunque Hæreſin Patres cum tota Eccleſia eam novitatis contra receptam doctrinam arguerunt; & pro ipſa occaſione data ſcriptis confutarunt. Providit enim Eccleſiæ ſuæ Deus, ut, quoniam oportet Hæreſes eſſe, illis ex Orco erumpentibus Doctores obponeret, qui traditam Doctrinam tuerentur adverſus quoscunque inſultus. Quin, ſi largiri vellem Patres primos non commemoraſſe controverſa hodie capita, eorum Silentium potius indicio foret, ea tunc non fuiſſe controverſa, ſecus aut in Hæreticorum obpugnantium, aut defendentium Catholicorum Scriptis eorum mentio occurreret. Ubi primum ARIUS & MACEDONIUS, quos Sociniani, ubi AERIUS, quem Calviniani ſequuntur, exſtulere caput; ut novatores rejecti fuerunt. Similis

aliorum

aliorum Sors futura fuiſſet, qui ſecretam confeſſionem, realem Chriſti præſentiam &c. introducere voluiſſent, niſi hæc ipſa jam tunc Eccleſiæ fides fuiſſet. Aut qua ratione, quo tempore, quo authore, fieri potuit, ut græci diro ſchismate a latinis avulſi LUTHERI & CALVINI in numero Sacramentorum aliisque novationem, quam primum illis innotuit, pari nobiſcum conſenſu reprobaverint; niſi iſte perpetuus utriusque ſenſus fuiſſet ab Apoſtolis acceptus, & continuo propagatus?

Cap. III. Quæcunque Patrum nomine 262
circumferuntur, non omnia certo, vereque eorum ſunt, ſed pleraque iis vel olim, vel his demum poſtremis ſæculis affičta, & ſuppoſita. Sic pro adſtruenda adpellationum ad Sedem Romanam juſtitia, Romani Pontifices Africanis quosdam obtruſerunt canones, ſub Nomine Nicæni Concilii, cum eſſent Sardicenſis. Item cum medio ævo Res litteraria pene univerſim tractaretur per Monachos & Clericos, facile illis erat multas confingere fabulas, Viſiones e. g. de damnatione Caroli Martelli, Miracula in translatione Corporis S. Benedicti, quod Galli & Caſinenſes apud ſe requieſcere contendunt. Sic porro ait, Benedictinos confinxiſſe Codices Mſc. de Imitatione Chriſti, ſub adſcitio *Gerſenis* nomine &c.

Reſp. Haud diffiteor, ab Hæreticis non modo, ſed etiam a Catholicis ſub venerando Patrum nomine quædam opera circumferri

iisdem ſubpoſita, ab illis quidem malo, ab his autem bono dolo, aut quandoque ex inſcitia. Illi enim ſuum virus ſub Authoris Catholici nomine propinare volebant. Hi autem cum forte obſcuri eſſent, quamdam ſcriptis ſuis catholicam doctrinam tradentibus authoritatem ex alterius nominis celebritate conciliare ſtudebant: contigit quoque, ut quia veteres Librarii plurium virorum opuſcula ſimul compingebant, quorum primum alicujus Patris Nomen in fronte gerebat, reliqua aliorum authorum nullum; imperitus non nemo omnia unius ejusdemque Patris opera eſſe exiſtimans, ſingulis ejusdem Patris nomen adſcriberet, & Poſteros incautos falleret, donec per Artis Criticæ Regulas ſpuria a genuinis diſcreta fuerunt. Neque tamen illis ſubpoſitis opuſculis ad comprobandum dogma catholici utuntur, niſi competentem antiquitatem præſeferret.

Romani Pontifices non fallendi animo, ſed quoniam Sardicenſes canones in Codice Romano, quo utebantur, Nicænis inmediate ſubnexi fuerunt, ipſumque Concilium Sardicenſe veluti Nicæni appendix habeatur, ſub Nomine Nicænorum allegabant. Quod fabulas adtinet, Viſiones &c. illas & Catholici Critici explodunt, nec eas ad comprobanda dogmata Proteſtantibus obponunt. Reliquias S. Benedicti ſive Gallia, ſive Italia ſervet, nihil ad dogma facit, niſi quod utraque eos veneretur. A calumnia corruptorum Codi-

cum

cum ſub nomine GERSENIS Benedictinos abſolverunt Critici peritiſſimi, & nullis partibus addictis. Ex eo denique, quod nonnulla Patribus antiquis opera ſubpoſita fuerunt, non inde cum Pyrrhoniſtis inferre fas eſt, illa quoque dubiæ fidei eſſe, quæ in Mſc. Codicibus, & a ſequentium ætatum ſcriptoribus, Authoribus ſuis tribuuntur.

Cap. IV. Prioribus & poſterioribus Sæ- 263
culis, tempore, inperita, fraudibus, cum piis tum malignis genuina SS. PP. Scripta variis in Locis inmutata & adulterata fuerunt. Demonſtrare aſſertum nititur 1.) Veterum Patrum Quærelis, contra Hæreticos, codicum corruptores, immo & S. HIERONYMI contra Rufinum. 2.) Ex facto Legatorum LEONIS M. qui coram Concilio Chalcedonenſi Canonem VI. Concilii Nicæni protulerunt cum hiſce verbis: *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum*, quæ neque in Græcis, neque Latinis codicibus leguntur. 3.) Ex DIONYSIO *exiguo* qui poſtremam partem Concilii Laodiceni & catalogum Librorum V. & N. Teſtamenti ſubpreſſerit. 4.) Ex Liturgiis antiquis, quibus cum tempore multa adſuta fuerunt. 5.) Ex Miſſalibus, Breviariis, Martyrologiis, quæ nunc aliter, quam olim, non nulla recitant. E. g. In feſto Cathedræ S. Petri oratio ſic legebatur: Deus, qui B. Petro Apoſtolo collatis clavibus Regni cœleſtis *animas* ligandi & ſolvendi Pontificium tradidiſti. Deleta hodie voce *animas*, ne Papæ po-

teſtas ad ſpiritualia ſolum videretur reſtricta, nec ad temporalia quoque ſe extenderet. In feſto S. Leonis M. olim legebatur Oratio, Annue nobis Domine, ut *animæ* famuli tui Leonis hæc proſit oblatio: nunc aliter: ut interceſſione B. Leonis hæc *nobis* proſit oblatio; ne Eccleſia pro Sanctis videretur orare, quos invocat potius, ut pro ea intercedant.

Reſp. Demonſtrari nunquam poterit, omnia Veterum Patrum opera, aut ſingula aliquorum, ſtudioſe depravata fuiſſe, utcunque non nulla, ab Hæreticis præſertim, interpolata, aut edaci tempore corrupta fuiſſe non negem, quæ tamen e plurium Exemplarium MSS. collatione a recentioribus Editoribus paſſim ſanata fuerunt. Ad 1. teſtatur HIERONYMUS, RUFINUM in ſuis e græco Verſionibus ea ſolum truncaſſe, quæ in ORIGENIS vel EUSEBII operibus ab Arianis contra Trinitatem erronee inſperſa fuiſſe exiſtimabat. Inde autem inferre nequit, nihil in reſiduis operibus ORIGENIS, quorum græcus exſtat Textus, ſanum amplius reperiri ad probanda Catholicorum dogmata.

Ad 2.) Legati S. LEONIS hæc verba: *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum*, non protulerunt ut verba canonis, ſed ut inſcriptionem, quæ in Codice Eccleſiæ Romanæ canoni præfixa erat.

Ad 3.) DIONYSIUS exiguus ideo in ſua verſione non nullos Canones prætermiſit. Quia

Quia a) vel non ſpectabant diſciplinam communem, quam ſibi propoſitam habebat, ſed cauſas ſingulares cujusmodi erant canones Epheſini ad NESTORII Perſonam pertinentes. Vel b) qua forte Uſus erat codice græco mutilo, vel c) quod prætermiſſi Canones non concordabant cum Latinis, ut canon 28. Concilii Chalcedonenſis, quem Latini inprobaverant. Et pars poſtrema can. ultimi Laodiceni Concilii, ubi Libri deutero-canonici, quos latina Eccleſia canoni ſuo dudum inſeruerat, deſiderabantur.

Ad 4.) Haud negaverim, Liturgis veterum additas fuiſſe novas preces, & Ritus, quæ ſolam diſciplinam ſpectant, nego autem in fide quidpiam novatum fuiſſe.

Ad 5.) Idem eſto reſponſum. Illa enim vox *Animas* ex oratione non ideo ſubmota fuit, ut poteſtas clavium ad temporalia extenderetur, quum ipſe Chriſtus aſſeveraverit, Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, ſed quod videretur ſuperflua. Eccleſia olim non eo fine orabat, ut animæ Leonis prodeſſet oblatio, quomodo pro Animabus fidelium, quos cum Chriſto, ut Leonem, regnare non conſtat, orat, ut a Peccatorum Pœnis ſolvantur: ſed ut ad gloriam quamdam accidentalem ipſi prodeſſet, & Chriſtiani feſtivam ejus memoriam celebrantes, ejusque interceſſione adjuti pro ipſomet gratia agerent, quemadmodum Eccleſia græca adhuc hodie eodem ſenſu orat

pro

pro Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus, de quorum gloria non dubitat. Ne autem simplicioribus daretur occasio existimandi, eodem modo Sanctis prodesse Ecclesiæ preces, quo animabus nondum plene purgatis; illam orationem mutandam esse censuit. Quæ autem in Breviariis & Martyrologiis suspecta adhuc continentur, ut fidei dogmata, aut certissimæ veritates Nemini credendæ obtruduntur, optantque bene multi catholici novam horum Librorum expurgationem.

264 *Cap. V.* Non facile est Patrum Scripta intelligere, cum propter linguas & Idiotismos, quibus utuntur, tum propter rerum explicandarum variis Rhetoricæ & Dialecticæ artificiis obscuratam & impeditam rationem, tum quod plerasque voces alio, quam qui nunc in usu est, sensu usurpent. Allegat 1.) Interpretum quorumdam haud satis exactam græcæ linquæ peritiam, ortasque inde hallucinationes & translationes infideles. 2.) Patrum quorumdam in præcipuis fidei dogmatibus, v.g. Tertulliani & Augustini de Eucharistia obscuros loquenti modos: cujus quidem obscuritatis sequentes adfert rationes. a) Quod ante exortas fidei controversias Patres liberius locuti fuerint. b) Quod in publicis Sermonibus coram Paganis, Judæis, catechumenis atque fidelibus ob arcani Disciplinam Religionis mysteria clare edicere noluerint. c) Quod pleraque quibusdam Metaphoris atque figuris involve-

volverint. d) Quod unum errorem vehementius inpugnantes, in alium obpositum prolapsi fuerint. Allegat 3. confusionem quarumdam vocum, quibus Patres quoque nisi fuerunt, sed alio, quam modo accipiuntur Sensu e.g. Confessionis, Pœnitentiæ, Indulgentiæ, aliaque plurima.

Resp. Equidem non unicuique facile est Patrum Scripta intelligere, haud tamen inpossibile est illis, qui linquarum peritia, & Regulis hermenevtices instructi, in eorumque Lectione diutius exercitati, meliores præsertim Editiones multis adjumentis ac Notis ornatas evolvunt. Quum enim S. Scripturam, multo utique magis implicitam, a singulis tamen fidelibus facile intelligi Protestantes velint, immo cum profanos authores eorumque Sensum pervestigari posse non negent; cur tantam sibi fingunt in Patrum Lectione difficultatem, ut ad componendas fidei nos & ipsos inter controversias validum inde argumentum deduci nequeat?

Ad I. Hallucinati fuerunt, quis neget aliquoties Interpres; an autem omnes, & ubique? Plerique illorum Lapsus in recentioribus Editionibus adnotati & castigati fuerunt. Istud vero lepidum, quod Dallæus dicat, CHRISTOPHORSONUM SOZOMENI verba de LIBERIO R. P. infideliter reddidisse, ut a Pontifice *suo* labem, nempe subscriptionem formulæ Semiarianæ, amoliretur; cum

tamen

tamen ille non Romanæ ſed Anglicanæ communioni fuerit addictus, & Henricus Vallesius, catholicus utique, illum Sozomeni locum ad mentem Dallæi tranſtulerit.

Ad 2. Sunt non nulla PP. dicta obſcura atque ambigua, tunc præſertim, quando a ſuo contextu avulſa & quaſi fruſtatim, ut Hæretici ſolent, proferuntur, non item, ſi textus integer evolvatur, Scopus Authoris introſpiciatur, & cum aliis quidem Locis ac dictionibus conferatur. Quamobrem non deſunt certæ quædam atque ſecuræ Regulæ in Patrum Lectione obſervandæ, de quibus cap. ſequente.

Ad 3. Quis Vocum Patribus uſitatarum Senſus fuerit, ex ipſo contextu, Scopo, & ævi illius Hiſtoria haud difficulter dignoſci valet. Exemplo ſint ȣ̓σια. ὑποςασις ὁμοȣσιος. & alia quæ jam Neminem latent, etſi de illis olim diſceptatum fuerit.

265 *Cap.* *VI.* Patres ſæpe, quæ ipſi credunt, tacent, & quæ non credunt, referunt; ſeu aliorum, nomine tacito, Sententias referunt, ut in commentariis; ſeu contra Adverſarios diſputent: ubi nihil non adhibent, quod ad argumentum ſuum faciat, ſeu ad captum Auditorum ſe adcommodent, ut in Homiliis.

Reſp. Nec omnium Patrum, nec ubique mos iſte fuit. Referunt aliorum opiniones,

& ubi

& ubi erroneæ fuerint, rejiciunt, atque refutant. Utuntur quandoque argumento ad Hominem, quod Lector ſapiens & exercitatus (nec enim omnibus datum eſt adire Corinthum) haud difficulter advertet, ut in profanis quoque Authoribus, quin & in S. Scriptura, præſertim Epiſtolis S. Pauli occurrit. Nempe Regulis in PP. Lectione opus eſt, nec ad eam illotis manibus irruendum.

Cap. VII. Patres in iisdem fidei capitibus non ſemper perſtiterunt, ſed a quibusdam ſuis ſententiis diſceſſerunt non nunquam, prout exercitatione vel ætate rerum maturuerat Judicium. Exemplum eſt in TERTULLIANO ad Montaniſtas deflectente, & S. AUGUSTINO, qui in Senectute opera ſua retractavit, & non pauca revocavit. Idem ab aliis factum fuiſſe, vero ſimile eſt.

Reſp. Quod de paucis ſolum Patribus 267
conſtat, ad univerſos citra temeritatem extendi non debet, aut de ſingulis probandum reſtat. De *Tertulliano* dicimus Proteſtantibus, *ille poſt Hæreſin veſter eſt.* Utinam vero AUGUSTINUM in Juventute errantem, & in Senectute autem retractantem, & ipſi imitari vellent: Nihil tamen Auguſtinus eorum inmutavit aut correxit, quæ nos inter & Proteſtantes controverſa ſunt. Immo Majorum hæreditariæ Traditioni cum aliis Patribus conſtanter adhæſit.

267 *Cap. VIII.* Neceſſarium, & idem tamen difficillimum eſt, ut certo ſtatuatur, quid de ſuis ipſorum ſingulis ſententiis Patres cenſuerint, & an eas ut neceſſarias, an ut probabiles tantum, & quo in gradu neceſſitatis, vel probabilitatis, eas habuerint. Exemplum profert ex INNOCENTIO I. & S. AUGUSTINO, qui Euchariſtiam Parvulis plane neceſſariam eſſe exiſtimarunt, contra quam hodie ſentit Eccleſia Romana.

Reſp. Quid Patres neceſſario credendum aſſeruerint, inde colligi poteſt. 1.) Si doctrinam obpoſitam veluti hæreticam reprobaverint, ut illam AERII, VIGILANTII, JOVINIANI, PELAGII, BERENGARII &c. 2.) Quando uſi fuerunt hujusmodi formulis: credimus, confitemur, edocti ſumus, Chriſtus dixit, nihil innovetur, niſi quod traditum eſt: Apoſtoli tradiderunt, Eccleſia ubique locorum tenet, & ſimilibus. 3.) Si doctrinas ſuas expoſuerunt pro inſtruendis catechumenis & Neophytis in catecheſibus, v. g. S. CYRILLI Hieroſolymitani; ibi enim non probabiles opiniones, ſed fidei dogmata ab omnibus credenda propoſuerunt. 4.) Quando enatæ novæ doctrinæ authoritate Conciliorum diſcuſſæ & condemnatæ fuerunt. Tunc enim Indicio luculento eſt, Patres anteriores obpoſitam Doctrinam Catholicam neceſſario credendam exiſtimaſſe. Sic ſtatim repreſſi fuerunt Iconomachi, Berengarius cum aſſeclis, realem Chriſti in Euchariſtia præſentiam inpu-

gnantes

gnantes. Quid de INNOCENTII & AUGUSTINI Sententia (nec enim illa omnium PP. fuit) de Euchariſtia Parvulis præbenda reſpondendum ſit, ſuo loco dixi.

Cap. IX. Neceſſarium eſt, ut nobis con- 268
ſtet ratio, non ſolum de unius aut plurium Patrum, ſed etiam de totius veteris Eccleſiæ Sententia, quod difficillimum eſt pernoſcere. Quis enim modo dicere poterit, quæ omnium fides fuerit ætate JUSTINI, aut CYPRIANI?

Reſp. Dignoſci id valet ex Patribus coævis, & ſequentibus, qui cum recens exortam Hæreſin ſtatim adgreſſi fuerint, eo ipſo ſignificarunt, eam antiquorum fidei contrariam eſſe, ut frequenter jam obſervavi.

Cap. X. Ægerrime ſciri poteſt, num Pa- 269
trum de hujus Sæculi controverſiis Sententiæ ab Eccleſia Univerſali, an ab ejus parte tantum receptæ fuerint. Id ipſum tamen ſcitu neceſſarium eſt, ut locorum, qui ex iis proferuntur, uſus aliquis apud nos eſſe poſſit. Ita de Baptiſmo Hæreticorum, de Jejunio ante Paſca & Sabbathino, de canone S. Scripturæ, diverſæ olim erant Eccleſiarum & Patrum opiniones.

Reſp. Quæ univerſalis Eccleſiæ de dogmatibus fidei (nam diſciplina variabilis eſt, ad quam pleraque pertinent exempla in objectione adducta, quum ipſi Africani & Aſiatici

tici quaeſtionem de Baptiſmo Haereticorum ad eam pertinere arbitrati fuerint) Sententia fuerit, ex Conciliis praeſertim generalibus, pluriumque particularium conſenſu, & plerorumque Patrum ſenſu, colligi poteſt. Servit huc Regula VINCENTII Lirinenſis Commonit. cap. 28. p. m. 344. „Cum primum mali cujusque erroris putredo erumpere cœperit, & ad defenſionem ſui quaedam ſacrae legis verba furari, eaque fallaciter & fraudulenter exponere, ſtatim interpretando canoni majorum Sententiae congregandae ſunt; quibus illud, quodcunque exurget novitium, ideoque profanum, & absque ulla ambage prodatur, & ſine ulla retractatione damnetur. Sed eorum duntaxat Patrum ſententiae conferendae ſunt qui in fide & communione Catholica ſancte ſapienter, conſtanter viventes, docentes, & permanentes, vel mori in Chriſto fideliter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum eſt ut quicquid vel omnes vel plures uno eodemque ſenſu manifeſte, frequenter, velut quodam conſentiente ſibi Magiſtrorum concilio accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, id pro indubitato, certo, ratoque habeatur. Quicquid vero quamvis ille ſanctus & doctus, quamvis Epiſcopus, quamvis Confeſſor & Martyr, praeter omnes aut etiam contra omnes ſenſerit, id inter proprias & occultas & privatas opiniunculas a communis & publicae generalis ſententiae auctoritate ſecretum ſit; ne cum ſummo aeternae ſalutis periculo, juxta ſacrilegam haereticoR 2

ticorum & ſchismaticorum conſuetudinem, univerſalis dogmatis antiqua veritate dimiſſa, unius hominis novitium ſectemur errorem. Quorum beatorum Patrum ſanctum catholicumque conſenſum ne quis ſibi temere contemnendum forte arbitretur, ait in prima ad Corinthios Apoſtolus: *Et quosdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos* (quorum ipſe unus erat) *ſecundo Prophetas* (qualem in actibus Apoſtolorum legibus Agabum) *tertio Doctores*, qui tractatores nunc adpellantur; quos hic idem Apoſtolus etiam Prophetas interdum nuncupat, eo quod per eos Prophetarum Myſteria populis aperiantur. Hos ergo in Eccleſia Dei divinitus per tempora & loca diſpenſatos quisquis in ſenſu Catholici dogmatis unum aliquid in Chriſto ſentientes contempſerit, non hominem contemnit, ſed Deum?"

Cap. XI. Fieri non poteſt, ut ſuper ullo 270 eorum capitum, quæ ſunt hodie in controverſia, clare liquidoque pernoſcamus, quæ totius veteris Eccleſiæ, ſive univerſalis, ſive particularis ſententia fuerit. Vel enim Eccleſiæ nomine intelliguntur omnes fideles, tam Clerici quam Laici? Horum autem ſingulorum fidei quis ſe vadem præſtare poterit? Aut ſoli Paſtores cum Clero? At vero teſtatur Ambrosius Serm. XVII. Tom. 4. opp. p. 725. (neſcio autem cujus editionis); „plerumque Clerum erraviſſe, Sacerdotis nutaſſe Sententiam; divites ſeculi iſtius cum

seculi istius terreno regno sensisse, populum fidem propriam reservasse. "

Resp. Quum & Conciliorum plerorumque Acta & Canones, Patrumque scripta plurima ex omni ætate supersint, ex illis veteris Ecclesiæ fides utique desumi potest, & a bene multis hactenus demonstrata fuit. Erraverint Clericorum nonnulli, quin & Episcopi: An non illis, ubi prava eorum doctrina detecta fuit, cæteri se obposuerunt, & Majorum Traditionem tutati sunt?

Exemplo sunt nobis Arius, Macedonius, Aërius, Vigilantius, & novissimi reformatores, damnatam priorum hæresin eructantes. Nunquid Novatores orienti, occidentique audiebant? Ita nempe Ecclesiæ suæ semper invigilabat Deus, ut multorum quidem, non autem omnium patiatur fidem corruere, & provinciarum quarumdam ex apostasia ruinam aliorum populorum conversione cum incremento restauraret, & dum ab aliquibus aufertur Regnum Dei, gentibus aliis donetur facientibus fructus ejus Matth. XXI. 43.

271 Idem DALLÆUS opponit Lib. II. cap. I. Patrum de fide Ecclesiæ testimonia non sunt semper certa, veraque. Vel enim loquuntur ut *Testes* eorum, quæ tunc in ipsa Ecclesia credebantur; vel ut *Doctores* exponunt, quid ipsimet credant? In utroque falli possunt;

Non

Non igitur ſunt eorum teſtimonia ſemper certa, & vera.

Min. prob. quaod 1.) Quæ illius temporis Eccleſiæ, ſeu omnium fidelium atque Paſtorum fides fuerit, res facti eſt, in quo falli unusquisque poteſt. Sic 1.) PHILASTRIUS in Catalogo Hæreſeon multas opiniones inter Hæreſes inmerito computat, quæ hæreticæ minime ſunt. 2.) Teſtatur HIERONYMUS, Eccleſiam credere, Animas inmediate a Deo creari, dum Corpori rite diſpoſito uniuntur. 3.) JOANNES Theſſalonicenſis Actione V. Concilii Nicæni II. dicit, Eccleſiæ eſſe Sententiam, Angelos non omnino eſſe incorporeos. 4.) Teſtatur S. AUGUSTINUS, univerſæ Eccleſiæ ante CYPRIANUM fuiſſe conſuetudinem, ut baptizati in Hæreſi ad Eccleſiam redeuntes non rebaptizarentur. FIRMILIANUS autem de contrario, vetuſtoque more in Cappadocia obſervato teſtatur. 5.) S. FULGENTIUS ad Fidei dogma refert, Parvulos absque Baptiſmo decedentes Ignis æterni ſubplicio puniendos eſſe. 6. Venerabilis BEDA Lib. de Temporum ratione cap. 45. ait: „ Habere Eccleſiæ fidem, Dominum in carne plusquam 33. Annis vixiſſe, paſſum eſſe Luna XV. nulli Licere dubitare Catholico.

Prob. min. quoad II. Patres etiam ut Doctores, Homines tamen ſunt, nequaquam inſpirati, nec ab errandi periculo exemti, quod ipſimet Patres fatentur pluribus eorum

 locis

locis cap. 2. a DALLÆO adductis præſertim AUGUSTINI Epiſtola CXI. ad Fortunatianum. „ Neque quorumlibet diſputationes quamvis Catholicorum & laudatorum Hominum, velut Scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, ſalva honorificentia, quæ illis debetur Hominibus, aliquid in eorum ſcriptis improbare atque reſpuere, ſi forte inveniremus, quod aliter ſenſerint, quam veritas habet, divino adjutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis, talis ego ſum, in ſcriptis aliorum, tales volo eſſe intellectores meorum."

Nec juvat reſpondere, falli poſſe ſingulos, non autem omnes ſimul ſumtos.

Idem enim hoc fere, ait, ac affirmare, Senatores ſingulos ægrotare poſſe, non vero Senatum integrum, ex ſingulis conſtantem, præſertim cum in aliquo fidei capite, v. g. Regni millenarii, non unus, ſed plures, immo plerique hallucinati fuerint.

Reſp. Nego min. Quoad I. diſtq. In quæſtionibus facti *meri* falli unusquisque, immo omnes poſſunt. *Conc.* In Quæſtionibus facti cum Jure vel dogmate connexi omnes Patres ſimul falli poſſunt. *Nego.* Quæ autem priorum temporum Eccleſiæ fides fuerit, non eſt *purum* factum; teſtantur enim Patres non modo, quid fideles crediderint, ſed quid ex verbo revelato per traditionem propagato credendum fuerit, quæ eſt Quæſtio dogmatis. Quum autem Patres, Epiſcopi præſertim, non teſtes modo, ſed & cuſtodes

des commiſſi ſibi ſanæ doctrinæ depoſiti a Deo poſiti fuerunt permittere non potuit Dei providentia, promiſſo ſuo innixa, ut omnes ſimul fideles cum Paſtoribus, hoc eſt, univerſa Eccleſia, errarent.

Ad 1.) Fateor, PHILASTRIVM minus adcurate, non tamen ex mente Eccleſiæ, ſcripſiſſe, & hæreticum dixiſſe, quod ipſi erroneum videbatur.

Ad 2.) HIERONYMVS id unum affirmat de Eccleſiæ ſenſu, Animas ante Corpora non exſtitiſſe quaſi de cœlo delapſas, adverſus ORIGENEM.

Ad 3.) JOANNES Theſſalonicenſis vult, de fide non eſſe, Angelos eſſe prorſus incorporeos, eoquod in corporibus aliquando viſi fuerint, & veterum non nulli ſubtilia iis corpora adſeruerint.

Ad 4.) Recte illam univerſalis Eccleſiæ conſuetudinem de non rebaptizandis Hæreticis ante CYPRIANI tempora adfirmavit, cum adverſa ab AGRIPPINO primum, & eodem fere tempore in Cappadocia introducta fuerit, ut ea propter Jure reſcripſerit S. STEPHANVS R. P. *nihil innovetur, niſi quod traditum eſt.*

Ad 5.) Duo affirmat S. FVLGENTIVS. a) Parvulos ſine Baptiſmo non fruituros vita æterna, quod ad fidem pertinet contra PELAGIVM. b) Puniendos etiam fore Pœna

 ſenſus:

ſenſus: Hoc autem ut dogma fidei tenendum eſſe, vel ipſe non credidit, aut privata ſolum opinione, quæ plurium eo tempore animis inſiderat, exiſtimavit.

Ad 6.) Si Venerabilis BEDA illam de ætate Chriſti, & die emortuali Sententiam, quæ communis eſt Eccleſiæ, pro dogmate Fidei agnovit, id perperum ab eo factum, cum deſuper nihil unquam definitum fuerit. Uno autem hallucinante, non illico omnium Patrum Authoritas evertenda eſt.

Reſp. ad probationem II. Minoris. Singulos, cum Homines ſint, errare poſſe, ſeorſim ſpectatos, quod probant allegati Patrum textus, non vero omnes, quibuscum futurum ſe eſſe Chriſtus promiſit uſque ad conſummationem Sæculi: Hinc etiam patet differentia inter Senatum integrum & Patres ſimul conſideratos. Illi enim a Deo conceſſum non fuit Sanitatis Privilegium, quemadmodum Eccleſiæ, ex Paſtoribus & ovibus collectæ, adverſus quam Portæ Inferi nunquam eſſent prævaliturae, quæ eſſe debebat columna & firmamentum Veritatis, quam omnes audire debent, inerrantiæ donum promiſſum, collatumque fuit. Erraret autem univerſa Eccleſia, Patrum Traditionem ſecuta, ſi errarent Paſtores, & cum illis fideles, ab ipſis ſeducti, immo decepti a Deo, qui illos, ut ſe ipſum audiri voluit, & illis ſpretis ſe ſperni adſeveravit.

Cap. III. IV. & V. Contendit Dallæus, 27 Patres ea ratione ſcripſiſſe, ut manifeſtum ſit, iis inter ſcribendum de Religione pronuntiare non fuiſſe propoſitum, eoquod non nulla ex tempore peroraverint, dictaverint, aut præcipitanter in Membranas effuderint. Variis dein Exemplis probat, Patres ſive ſeorſim ſingulos, ſive conjunctim plures in variis Religionis Capitibus erraſſe, & inter ſe aliquando diſſentire, & quidem de rebus magni momenti.

Reſp. Fateri oportet, Patres quidem ſingulos ſeorſim errare poſſe, in quorumdam operibus nævos, quin & Errores deprehendi: omnes autem univerſim in aliquo dogmate erraſſe unquam, aut errare poſſe, nec evicit Dallæus, nec alius unquam demonſtrabit. Sit, quod non nulli ex tempore peroraverint, aut in Chartam projecerint. Quis poterit probare, eos dicenda, aut ſcribenda non prius meditando, ruminando diggeſſiſſe, aut opera, præſertim dogmatica non magno Studio fuiſſe elaborata? Christus, qui ad Apoſtolos, non perpetuo victuros, conſequenter & ad eorum Succeſſores, Paſtores atque Doctores, dixerat: „ Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum Veritatis. “ Christus, inquam, univerſalem ejusmodi Errorem permittere nunquam potuit, ut vel ipſi Proteſtantes de Eccleſia, ſaltem interna fatentur non inviti: Non nulli inter eos mo-
deſtio-

deſtiores, Angli præſertim, de externa quoque adfirmant. Opponam igitur DALLÆO Gulielmum BEVEREGIUM, cujus in Præfatione ad Codicem Canonum primitivæ Eccleſiæ apud COTELERIUM Patr. Apoſtol. Vol. II. pag. m. 3. N. V. hæc ſunt verba lectu digniſſima: „ Sed dicet forſitan non nemo. *Patres & ſeorſim ſingulos, & conjunctim plures in variis Religionis capitibus erraviſſe; eosque inter ſe aliquando diſſentire, & quidem interdum de rebus magni momenti.* Hæc, fateor, contra antiquos Eccleſiæ Patres, eorumque in Eccleſiaſticis controverſiis dijudicantis auctoritatem non ita pridem objecta fuerant. Sed utrum vera ſint, an falſa non opus eſt hic diſputemus. Etſi enim veriſſima eſſe concedamus, nullum tamen ex iis contra noſtram *de vero uſu Patrum* ſententiam exſculpi poteſt argumentum. Quippe qui de Patribus non ſingulis ſeorſim, ſed omnibus conjunctim loquimur. Ac proinde quotquot errores in uno pluribusve deprehenſi fuerint, & utcunque etiam in non nullis, magni fortaſſe momenti, rebus inter ſe diſſentiant, vel ſaltem diſſentire videantur; noſtra tamen Sententia firma ſatis ſtabilisque manet, quando quidem multa ſunt nihilominus, de quibus inter omnes omnino Patres convenit, plurima, in quæ major eorum pars conſenſit. Quæcunque autem inter eos nonnullis de rebus commotæ fuerint diſſenſiones, ſummæ eorum in iſtis de quibus conſentiunt, auctoritati nihil detrahunt: Sed eam potius egregie confirmant. Ex eo enim,

quod

quod in aliis diſſenſerint, luculentiſime conſtat, illos ea de quibus conſenſerunt, non ex pacto & conventu, non ex inita factione, aut conſociatis conſiliis, neque ex privatis denique ſuis ipſorum opinionibus tradidiſſe, ſed nude & ſincere, tanquam ex communi univerſalis Eccleſiæ ſenſu ac traditione. Et quidem utut in aliquibus minus neceſſariis, tam fidei, quam diſciplinæ capitibus, aliquantulum inter ſe diſſideant antiqui Patres, plurima tamen ſummo ab omnibus concentu recepta fuiſſe, ita perſpicuum eſt, ut oculis judicare poſſimus. Multa enim videmus ab univerſali Eccleſia in Conciliis vere Oecumenicis definita; multa plurium, multa omnium Eccleſiæ ſcriptorum conſenſu, comprobata; multa denique, de quibus mota eſt controverſia. E quorum numero non nulla a nobis ſupra commemorata ſunt: quibus & alia quam plurima accenſeri poſſunt. " Ita quoque illuſtris Joannes Tellus, Oxonienſis Epiſcopus Præfatione ad opera Cypriani a ſe edita: „ Minime mihi placet illorum induſtria, qui in nævis Patrum oſtentandis operam collocant, non ſine inſigni Religionis damno Orthodoxi. Rectius illi pietatem colunt, qui verendæ Patrum nuditati non tantum tergum obvertunt, ſed etiam Pallium injiciunt; & errores humanitus admiſſos, benigna humanitate diſſimulant ſimul & amoliuntur. "

273 *Cap. VI.* postremo. Neque Protestantes, neque Pontificii agnoscunt Patres Judices rerum ad Religionem suam pertinentium, hique non minus quam illi, quæ ad palutum suum non faciunt, nulla Religione respuunt. De Protestantibus quidem id palam esse ait ex illorum confessione, & quod soli S. Scripturæ innitantur. De Catholicis autem id probare contendit ex Testimoniis Cardinalis CAJETANI, Melchioris CANI, Ambrosii CATHARINI, Dionysii PETAVII, MALDONATI, aliorum, qui non omnia in Patribus probanda, ab eorum opinionibus tuto recedi posse, non uno in loco adfirmant.

Resp. I. Nego *antec.* quoad utramque partem. Etsi enim Galliæ, Germaniæ, & Septentrionis Protestantes bene multi nullam, aut certe modicam SS. Patribus Reverentiam habeant, & Authoritatem tribuant, aliter tamen sentiunt Angli, quos Episcopales dicunt, qui Traditionis & quod e Patrum, priorum præcipue Sæculorum, Authoritate desumitur argumentum: ipsi adversus Protestantes cæteros adhibent, & egregie vindicant. Quod ne gratis dixisse videar, addam prioribus BEVEREGII Verba & alia, quæ Nemo non e calamo Romano-Catholici Scriptoris fluxisse existimaret, nisi BEVEREGII Nomen præfixum legeret. Ita autem Ille loc. cit. pag. I. "

I. Eo temeritatis, delira hac nostra ætate, deventum est, ut nihil propemodum in ipsa

ipſa ſit religione Chriſtiana, quod non vel privatim in dubium, vel in controverſiam publice vocetur. Usque adeo ut ea etiam, quæ per multa retro ſecula, & ab ipſis Eccleſiæ primordiis ubique recepta fuerunt dogmata, ritusque, hiſce demum noſtris diebus in diſcrimen veniant, & perinde oppugnentur, ac ſi nos primi eſſemus chriſtiani, omnesque majores noſtri nudum Chriſti nomen præ ſe tuliſſent, & præterea nihil: vel ſaltem ac ſi in graviſſimis perpetuo erroribus verſati fuiſſent, quicunque divulgatam in Evangelio fidem ante hac amplexi ſunt. Nimirum, noviſſimis hiſce temporibus nova jactantur lumina, ac majora Spiritus S. dona ſimulantur: ideoque novæ credendi, novæ orandi, novæ prædicandi, novæ omnium Eccleſiaſticarum adminiſtrationum peragendi formulæ finguntur indies, & celebrantur. Et quod abſurdiſſimum eſt, ipſa etiam novitate nihil modo antiquius habetur, ſed quo quid magis novum eſt, eo pluribus & magis placet & ſollicitius propugnatur. Hinc illæ lacrymæ! Hinc tot horrenda in Eccleſia ſchismata! Dum ſinguli enim ingeniis, vel petulantibus potius ſuis plus nimio indulgentes phantaſiis, novitatibus in Religionem invehendis ſtudent, omnes, præ infinita opinionum diverſitate, in contraria ſcinduntur ſtudia & factiones.

II. Quod ſi noſmet tandem aliquando recolligamus, resque ea, qua par eſt, animi temperantia & æquitate perpendamus, ſtatim parebit,

parebit, nos, qui hanc aliasque circumjacentes modo incolimus Regiones, nec primos esse, nec solos Christi cultores, sed exiguam tantum partem magni illius corporis, cujus caput est Christus: utpote quod summa Dei misericordia in omnes terrarum fines diffusum est, & ab ipsis Apostolorum temporibus semper fuit: adeo ut nulla sit ætas, nec ulla fere regio, qua non plurimi per eam, quam nos profitemur, fidem cœlorum potiti sunt. Secundum hæc, si prægrande hoc omnium cujusque seculi Christianorum corpus, quod Catholica, sive universa Ecclesia vulgo appellatur, ut ubique & semper constitutum, attente perlustremus; certa quædam quasi communia in eo deprehendemus principia, quæ totam percurrunt, omnesque illius partes & sibi invicem & capiti connectunt. E quibus primum, illudque equo cætera oriuntur, est, *Sacram Scripturam, sive vetus novumque Testamentum, divinitus esse inspiratam.* In hoc omnes ubique christiani consentiunt, semperque consenserunt; quorum propterea nec societate nec nomine dignus censetur, qui illud negat. Verum enimvero hæc sacra Scriptura etiamsi in iis, quæ ad cujusque salutem absolute sunt necessaria, præceptis clarissima sit & omnibus manifesta, quantum tamen ad doctrinam spectat & externam Ecclesiæ disciplinam, ea pro ipsa sua altitudine non uno eodemque sensu ab omnibus accipitur, sed divina ejusdem eloquia aliter atque aliter alius atque alius interpretatur, ut pene quot homines sunt,

tot

tot illinc ſententiæ erui poſſe videantur: ut obſervavit olim VINCENTIUS Lirinenſis, & ex hæreticis ac ſchismaticis ſatis ſuperque conſtat, qui nempe ſinguli pravas ſuas opiniones praxesque e ſacris Scripturis ſuo modo interpretatis eliciunt. In hujusmodi itaque rebus ſi non errandi, nec offendendi certi eſſe velimus, imprimis procul omni dubio cavendum eſt, ne privatis noſtris aliorumve opinionibus aut conjecturis pertinaces nimis adhæreamus, ſed nobiſcum potius recolamus, quid univerſa Eccleſia, vel maxima ſaltem pars chriſtianorum, de iſtis ſenſerint, & in ea acquieſcamus ſententia, in quam chriſtiani per omnia ſecula conſenſerunt. Quemadmodum enim *omni in re conſenſus omnium vox naturæ eſt*, ut ait CICERO: Sic etiam in hujusmodi rebus *conſenſus omnium chriſtianorum vox Evangelii merito habeatur.* Multa autem ſunt, quæ licet in S. Scripturis expreſſe ac definite non legantur, communi tamen omnium Chriſtianorum conſenſione ex iis eruuntur. Exempli gratia, *Tres diſtinctas in ſacroſancta Trinitate perſonas venerandas, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, hosque ſingulos verum eſſe Deum, & tamen unum tantummodo eſſe Deum: Chriſtum θεάνθρωπον eſſe, vere Deum, ac vere hominem in una eademque perſona.* Hæc & ſimilia quamvis totidem verbis ac ſyllabis, nec in veteri nec in novo Teſtamento tradantur, de iis tamen; ut utroque fundatis, inter omnes ſemper convenit Chriſtianos: demtis tantummodo paucis quibusdam

busdam hæreticis, quorum in religione haud major habenda eſt ratio, quam monſtrorum in natura. Sic etiam *Infantes ſacro baptiſmate abluendos eſſe, & Sponſores ad illud Sacramentum adhibendos. Dominicam, ſive primam per ſingulas ſeptimanas feriam, religioſe obſervandam eſſe. Paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis Domini ad cælum, nec non Spiritus ſancti adventus commemorationem per ſingulos annos peragendam, Eccleſiam ubique per Epiſcopos a Presbyteris diſtinctos iisque prælatos adminiſtrandam eſſe.* Hæc & alia hujusmodi nusquam in ſacris Scripturis diſerte ac nominatim præcipiuntur; ſed nihilominus per mille & quadringentos ab Apoſtolis annos in publicum Eccleſiæ uſum ubique recepta fuerunt: nec ullam intra illud tempus invenire eſt Eccleſiam, in ea non conſentientem. Adeo ut quaſi *communes* ſint *notiones* omnium ab origine Chriſtianorum animis inſitæ, non tam ex ullis particularibus ſacræ Scripturæ Locis, quam ex omnibus: ex generali totius Evangelii ſcopo & tenore; ex ipſa religionis in eo ſtabilitæ natura & propoſito; atque ex conſtanti denique Apoſtolorum traditione, qui Eccleſiaſticos hujusmodi ritus, & generales, ut ita loquar, Evangelii interpretationes per univerſum terrarum orbem una cum fide propagarunt. Alioquin enim non credibile, immo vero impoſſibile prorſus eſſet, ut tam unanimi conſenſione ubique, & ſemper, & ab omnibus reciperentur.

III. Hi-

III. Hisce præmissis, primo intuitu patet, quid ex eis consequatur. Cum majorem enim omnibus quam singulis Christianis, & universæ quam particularibus quibuscunque Ecclesiis fidem habendam esse nemo dubitet: cum plurima etiam sint, in quæ universalis Ecclesia, per multa post Apostolos secula, consensit: cum hæc denique universalis Ecclesiæ consensio certissima sit in iis, quibus habeatur, capitibus sacræ Scripturæ interpretatio, hinc clarissime constat, quali quantoque usui sint antiqui Patres, aliique omnium Ecclesiæ seculorum scriptores, quamque necessario ab iis consulendi sint, quibus, Ecclesiasticas agitantibus controversias, vel sua salus; vel pax Ecclesiæ cordi est. Si nulla enim veteris Ecclesiæ commentaria, nulla Conciliorum Acta, nulla historiæ Ecclesiasticæ monumenta hodie extarent, quantis in tenebris circa ipsam nostram religionem versaremur? Quam facile esset subtili civis hæretico, vel sceleratissimo etiam impostori, pietatis speciem præ se ferenti, verba plerisque dare, eosque in perniciosissimos omnium generum errores inducere? Quis quamcunque, licet corruptissimam Ecclesiam, in iis quæ non diserte in sacris Scripturis prohibentur, vitii aut erroris arguere potuisset? unde enim constaret, an non ea, quæ ibi usitantur, ab ipsis Apostolis tradita fuissent, & universalis Ecclesiæ consensu comprobata? Quot denique & quanta cujusque modi incommoda hinc exorirentur? Sed nihil est

quod iis enumerandis inmoremur, cum inter tot tantasque imperiorum confusiones, Ecclesiarum singularium tumultus, omniumque rerum humanarum perturbationes, sapientissima benignissimaque Dei Opt. Max. providentia ita comparatum sit; ut ab ipsis Apostolicis, usque ad hæc nostra tempora, nulla sit ætas, cujus Ecclesiastica nobis monumenta non conserventur. E quibus propterea perfectam universalis Ecclesiæ ideam animo concipere, & pro comperto, certoque habere possumus, quid per omnia secula admissum fuerit, & quid rejectum: qui ritus & dogmata obtinuerint, quæ hæreses & schismata explosa sint & condemnata. Ex iis denique, iisque solis, videre licet, de quibus doctrinis disciplinisque inter omnes perpetuo Ecclesias convenit, & de quibus inter eas controversum est: adeoque quid magis, quidque minus necessarium est creditu, & observatu. Quicquid enim de aliis dicendum est, ea saltem in quæ omnes ubique Ecclesiæ consenserunt, non possunt non certissima esse, & necessario ab omnibus etiamnum retinenda.

IV. Verum enimvero hæc, de qua loquimur, universalis Ecclesiæ de quibusvis fidei articulis aut ritibus Ecclesiasticis consensio, non ex uno alterove scriptore, nedum ex uno alterove Scriptoris alicujus loco, seorsim a reliquis, sed ex omnibus conjunctim petenda est; vel etiam a maxima eorum parte,

te, qui per omnia, præſertim antiquiora, Eccleſiæ ſecula aliquid Litteris mandarunt, & de iſtis rebus meminerint. In omnibus enim ſocietatibus, qualis eſt Eccleſia, pars major præjudicat minori, & jus integri obtinere ſolet. *Quod major pars curiæ*, inquit Jus civile, *efficit, pro eo habetur ac ſi omnes egerint.* Immo quidem hæc inter communes juris illius regulas habetur: *Refertur ad univerſos, quod publice fit per majorem partem.* Quod itaque vel a majori parte ſtatuitur, aut affirmatur, illud Eccleſiæ univerſali jure adſcribendum eſt: multo magis quod conjunctis omnium, vel pene omnium teſtimoniis munitur. Ad quam quidem claſſem quam plurima in re Eccleſiaſtica facile redigantur. Etiamſi enim ſingulorum per omnes ætates Chriſtianorum ſententias nobis transmiſſas non habeamus, habemus tamen quod tantidem eſt. Primo etenim, ubi de univerſalis Eccleſiæ conſenſu loquimur, haud neceſſe eſt, ut ad plebis etiam, ſive Laicorum opiniones reſpiciamus: illi enim ad Judicium de doctrina aut diſciplina Eccleſiæ ferendum, nunquam admiſſi fuerunt; quippe quos Paſtorum ſuorum ſententias in omnibus, ut par eſt, ſequi, non præire, ſemper præſumtum eſt. Et præterea cum populi Epiſcoporum ſuorum electioni antiquitus ſuffragari, ſuumque de eligendis teſtimonium præbere ſolerent, eo ſane in doctrinam eorum & diſciplinam ſe conſentire aperte ſatis oſtendebant: adeo ut quæcunque Epiſcopi cujusvis fuerit ſententia,

donec occurramus omnes in unitatem fidei, h. e. usque ad consummationem Sæculi.

260 Obponit DALLÆUS de vero Usu Patrum, cujus operosum Argumentum huc redit, ab ipsomet in Synopsin redactum.

Patres non possunt sedere Judices in controversiis, quæ Romanam Ecclesiam inter, & Protestantes hodie jactantur. I. Quia si non impossibile, saltem difficillimum est, quid super illis senserint, liquide & distincte constituere. II. Quia cum eorum Sententia (etiam si certo de ea constaret) non sit infallibilis, nec extra erroris aleam omnem constituta, non tantam habet authoritatem, ut in ea acquiescere possit animus, qui in iis, quæ ad Religionem pertinent, nec potest, nec debet alia credere, quam de quorum veritate sibi certo constat. Utramque partem duobus Libris probare contendit. Et Primi quidem

Cap. I. Ægre constare potest, quid circa nostras de Religione controversias senserint Patres, cum pauca exstent ab iis Scripta, tribus præsertim antiquissimis sæculis. Suspicatur autem DALLÆUS, quædam illorum studiose fuisse subpressa ab ipsis Catholicis, quæ suæ cum primo christianismo diversitatis, conformitatis autem cum Doctrina Protestantium argumenta continerent.

Reſp. Etiamſi non omnia primorum Patrum ſcripta ſuperſint, & illi etiam non plurima ſcripſerint, in iis tamen, quæ relicta ſunt, inſignia exſtant teſtimonia fidei Romano-Catholicæ, & Proteſtantibus adverſa: e. g. in Actis Martyrii S. Andreæ Apoſtoli, quorum authentiam D. Car. Chriſtianus Wogius, Profeſſor Lipſienſis, noviſſimo tuetur, de reali Chriſti præſentia in Sacramento Altaris, in Epiſtolis S. Ignatii M. quorum vindicias doctiſſimi Proteſtantium ſcripſerunt, de Hierarchia Eccleſiaſtica divinitus conſtituta, & Epiſcoporum ſupra Presbyteros eminentia &c. Prorſus autem a vero abludit, catholicos aut voluiſſe aut potuiſſe quædam Patrum opera e medio tollere, cum illa intacta reliquerint, in quibus errores adhuc hodie reperiuntur, ut Tertulliani, Origenis, aliaque. Igitur Temporum Injuriæ, Adverſariorumque furori, ceu communi ſcriptis omnibus, aliisque rebus vetuſtis fato, eorum jactura adſcribenda eſt.

Cap. II. Quæ ſuperſunt e tribus priori- 261
bus ſæculis ſcripta maximam partem agunt de rebus alieniſſimis ab iis, quæ hodie circa Religionem in controverſiam vocantur, agunt enim vel contra vanitatem Idolorum, vel contra pervicaciam Judæorum, vel depellunt criminationes chriſtianorum fidei impactas: nihil autem de transſubſtantiatione, de confeſſione auriculari, de Purgatorio, de cultu Imaginum, de Papæ Monarchia &c.

Resp. Quamvis Primi illi Patres non conſcripſerint integros Tractatus de Fidei capitibus hodie controverſis; Teſtimonia tamen fidei ſuæ nobiſcum conſonæ plurima reliquerunt: In ipſis enim Apologiis, aliisque Libris produnt ſuam de Trinitate doctrinam contra Socinianos, novos Arianos: ſcripſerunt de Pœnitentia & Ritu exhomologeſeos. De præſentia Chriſti in Sacramento, de feſtis Martyrum diebus, de anniverſariis defunctorum, de Epiſcopi Romani ſupra reliquos Primatu, ad quem adpellationes dirigebantur. Quin de Purgatorio exſtat locus inſignis in Actis SS. PERPETUÆ & FELICITATIS. Porro priorum eamdem cum noſtra fidem fuiſſe, inde convincitur, quia ſtatim ad obortam quamcunque Hæreſin Patres cum tota Eccleſia eam novitatis contra receptam doctrinam arguerunt; & pro ipſa occaſione data ſcriptis confutarunt. Providit enim Eccleſiæ ſuæ Deus, ut, quoniam oportet Hæreſes eſſe, illis ex Orco erumpentibus Doctores obponeret, qui traditam Doctrinam tuerentur adverſus quoſcunque inſultus. Quin, ſi largiri vellem Patres primos non commemoraſſe controverſa hodie capita, eorum Silentium potius indicio foret, ea tunc non fuiſſe controverſa, ſecus aut in Hæreticorum obpugnantium, aut defendentium Catholicorum Scriptis eorum mentio occurreret. Ubi primum ARIUS & MACEDONIUS, quos Sociniani, ubi AERIUS, quem Calviniani ſequuntur, exſtulere caput; ut novatores rejecti fuerunt. Similis aliorum

aliorum Sors futura fuiſſet, qui ſecretam confeſſionem, realem Chriſti præſentiam &c. introducere voluiſſent, niſi hæc ipſa jam tunc Eccleſiæ fides fuiſſet. Aut qua ratione, quo tempore, quo authore, fieri potuit, ut græci diro ſchismate a latinis avulſi LUTHERI & CALVINI in numero Sacramentorum aliisque novationem, quam primum illis innotuit, pari nobiſcum conſenſu reprobaverint; niſi iſte perpetuus utriusque ſenſus fuiſſet ab Apoſtolis acceptus, & continuo propagatus?

Cap. III. Quæcunque Patrum nomine 262
circumferuntur, non omnia certo, vereque eorum ſunt, ſed pleraque iis vel olim, vel his demum poſtremis ſæculis affiĉta, & ſuppoſita. Sic pro adſtruenda adpellationum ad Sedem Romanam juſtitia, Romani Pontifices Africanis quosdam obtruſerunt canones, ſub Nomine Nicæni Concilii, cum eſſent Sardicenſis. Item cum medio ævo Res litteraria pene univerſim traĉtaretur per Monachos & Clericos, facile illis erat multas confingere fabulas, Viſiones e. g. de damnatione Caroli Martelli, Miracula in translatione Corporis S. Benediĉti, quod Galli & Caſinenſes apud ſe requieſcere contendunt. Sic porro ait, Benediĉtinos confinxiſſe Codices Mſc. de Imitatione Chriſti, ſub adſcitio *Gerſenis* nomine &c.

Reſp. Haud diffiteor, ab Hæreticis non modo, ſed etiam a Catholicis ſub venerando Patrum nomine quædam opera circumferri

iisdem ſubpoſita, ab illis quidem malo, ab his autem bono dolo, aut quandoque ex inſcitia. Illi enim ſuum virus ſub Authoris Catholici nomine propinare volebant. Hi autem cum forte obſcuri eſſent, quamdam ſcriptis ſuis catholicam doctrinam tradentibus authoritatem ex alterius nominis celebritate conciliare ſtudebant: contigit quoque, ut quia veteres Librarii plurium virorum opuſcula ſimul compingebant, quorum primum alicujus Patris Nomen in fronte gerebat, reliqua aliorum authorum nullum; imperitus non nemo omnia unius ejusdemque Patris opera eſſe exiſtimans, ſingulis ejusdem Patris nomen adſcriberet, & Poſteros incautos falleret, donec per Artis Criticæ Regulas ſpuria a genuinis diſcreta fuerunt. Neque tamen illis ſubpoſitis opuſculis ad comprobandum dogma catholici utuntur, niſi competentem antiquitatem præſeferret.

Romani Pontifices non fallendi animo, ſed quoniam Sardicenſes canones in Codice Romano, quo utebantur, Nicænis inmediate ſubnexi fuerunt, ipſumque Concilium Sardicenſe veluti Nicæni appendix habeatur, ſub Nomine Nicænorum allegabant. Quod fabulas adtinet, Viſiones &c. illas & Catholici Critici explodunt, nec eas ad comprobanda dogmata Proteſtantibus obponunt. Reliquias S. Benedicti ſive Gallia, ſive Italia ſervet, nihil ad dogma facit, niſi quod utraque eos veneretur. A calumnia corruptorum Codi-

cum

cum ſub nomine Gersenis Benedictinos abſolverunt Critici peritiſſimi, & nullis partibus addictis. Ex eo denique, quod nonnulla Patribus antiquis opera ſubpoſita fuerunt, non inde cum Pyrrhoniſtis inferre fas eſt, illa quoque dubiæ fidei eſſe, quæ in Mſc. Codicibus, & a ſequentium ætatum ſcriptoribus, Authoribus ſuis tribuuntur.

Cap. IV. Prioribus & poſterioribus Sæ- 263
culis, tempore, inperita, fraudibus, cum piis tum malignis genuina SS. PP. Scripta variis in Locis inmutata & adulterata fuerunt. Demonſtrare aſſertum nititur 1.) Veterum Patrum Quærelis, contra Hæreticos, codicum corruptores, immo & S. Hieronymi contra Rufinum. 2.) Ex facto Legatorum Leonis M. qui coram Concilio Chalcedonenſi Canonem VI. Concilii Nicæni protulerunt cum hiſce verbis: *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum*, quæ neque in Græcis, neque Latinis codicibus leguntur. 3.) Ex Dionysio *exiguo* qui poſtremam partem Concilii Laodiceni & catalogum Librorum V. & N. Teſtamenti ſubpreſſerit. 4.) Ex Liturgiis antiquis, quibus cum tempore multa adſuta fuerunt. 5.) Ex Miſſalibus, Breviariis, Martyrologiis, quæ nunc aliter, quam olim, non nulla recitant. E. g. In feſto Cathedræ S. Petri oratio ſic legebatur: Deus, qui B. Petro Apoſtolo collatis clavibus Regni cœleſtis *animas* ligandi & ſolvendi Pontificium tradidiſti. Deleta hodie voce *animas*, ne Papæ po-

teſtas ad ſpiritualia ſolum videretur reſtricta, nec ad temporalia quoque ſe extenderet. In feſto S. Leonis M. olim legebatur Oratio, Annue nobis Domine, ut *animæ* famuli tui Leonis hæc profit oblatio: nunc aliter: ut interceſſione B. Leonis hæc *nobis* profit oblatio; ne Eccleſia pro Sanctis videretur orare, quos invocat potius, ut pro ea intercedant.

Reſp. Demonſtrari nunquam poterit, omnia Veterum Patrum opera, aut ſingula aliquorum, ſtudioſe depravata fuiſſe, utcunque non nulla, ab Hæreticis præſertim, interpolata, aut edaci tempore corrupta fuiſſe non negem, quæ tamen e plurium Exemplarium MSS. collatione a recentioribus Editoribus paſſim ſanata fuerunt. Ad 1. teſtatur HIERONYMUS, RUFINUM in ſuis e græco Verſionibus ea ſolum truncaſſe, quæ in ORIGENIS vel EUSEBII operibus ab Arianis contra Trinitatem erronee inſperſa fuiſſe exiſtimabat. Inde autem inferre nequit, nihil in reſiduis operibus ORIGENIS, quorum græcus exſtat Textus, ſanum amplius reperiri ad probanda Catholicorum dogmata.

Ad 2.) Legati S. LEONIS hæc verba: *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum*, non protulerunt ut verba canonis, ſed ut inſcriptionem, quæ in Codice Eccleſiæ Romanæ canoni præfixa erat.

Ad 3.) DIONYSIUS exiguus ideo in ſua verſione non nullos Canones prætermiſit. Quia

Quia a) vel non ſpectabant diſciplinam communem, quam ſibi propoſitam habebat, ſed cauſas ſingulares cujusmodi erant canones Epheſini ad NESTORII Perſonam pertinentes. Vel b) qua forte Uſus erat codice græco mutilo, vel c) quod prætermiſſi Canones non concordabant cum Latinis, ut canon 28. Concilii Chalcedonenſis, quem Latini inprobaverant. Et pars poſtrema can. ultimi Laodiceni Concilii, ubi Libri deutero-canonici, quos latina Eccleſia canoni ſuo dudum inſeruerat, deſiderabantur.

Ad 4.) Haud negaverim, Liturgis veterum additas fuiſſe novas preces, & Ritus, quæ ſolam diſciplinam ſpectant, nego autem in fide quidpiam novatum fuiſſe.

Ad 5.) Idem eſto reſponſum. Illa enim vox *Animas* ex oratione non ideo ſubmota fuit, ut poteſtas clavium ad temporalia extenderetur, quum ipſe Chriſtus aſſeveraverit, Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, ſed quod videretur ſuperflua. Eccleſia olim non eo fine orabat, ut animæ Leonis prodeſſet oblatio, quomodo pro Animabus fidelium, quos cum Chriſto, ut Leonem, regnare non conſtat, orat, ut a Peccatorum Pœnis ſolvantur: ſed ut ad gloriam quamdam accidentalem ipſi prodeſſet, & Chriſtiani feſtivam ejus memoriam celebrantes, ejusque interceſſione adjuti pro ipſomet gratia agerent, quemadmodum Eccleſia græca adhuc hodie eodem ſenſu orat

pro

pro Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus, de quorum gloria non dubitat. Ne autem ſimplicioribus daretur occaſio exiſtimandi, eodem modo Sanctis prodeſſe Eccleſiæ preces, quo animabus nondum plene purgatis; illam orationem mutandam eſſe cenſuit. Quæ autem in Breviariis & Martyrologiis ſuſpecta adhuc continentur, ut fidei dogmata, aut certiſſimæ veritates Nemini credendæ obtruduntur, optantque bene multi catholici novam horum Librorum expurgationem.

264 *Cap. V.* Non facile eſt Patrum Scripta intelligere, cum propter linguas & Idiotiſmos, quibus utuntur, tum propter rerum explicandarum variis Rhetoricæ & Dialecticæ artificiis obſcuratam & impeditam rationem, tum quod pleraſque voces alio, quam qui nunc in uſu eſt, ſenſu uſurpent. Allegat 1.) Interpretum quorumdam haud ſatis exactam græcæ linquæ peritiam, ortaſque inde hallucinationes & translationes infideles. 2.) Patrum quorumdam in præcipuis fidei dogmatibus, v.g. Tertulliani & Auguſtini de Euchariſtia obſcuros loquenti modos: cujus quidem obſcuritatis ſequentes adfert rationes. a) Quod ante exortas fidei controverſias Patres liberius locuti fuerint. b) Quod in publicis Sermonibus coram Paganis, Judæis, catechumenis atque fidelibus ob arcani Diſciplinam Religionis myſteria clare edicere noluerint. c) Quod pleraque quibusdam Metaphoris atque figuris involve-

volverint. d) Quod unum errorem vehementius inpugnantes, in alium obpositum prolapsi fuerint. Allegat 3. confusionem quarumdam vocum, quibus Patres quoque nisi fuerunt, sed alio, quam modo accipiuntur Sensu e.g. Confessionis, Pœnitentiæ, Indulgentiæ, aliaque plurima.

Resp. Equidem non unicuique facile est Patrum Scripta intelligere, haud tamen inpossibile est illis, qui linquarum peritia, & Regulis hermenevtices instructi, in eorumque Lectione diutius exercitati, meliores præsertim Editiones multis adjumentis ac Notis ornatas evolvunt. Quum enim S. Scripturam, multo utique magis implicitam, a singulis tamen fidelibus facile intelligi Protestantes velint, immo cum profanos authores eorumque Sensum pervestigari posse non negent; cur tantam sibi fingunt in Patrum Lectione difficultatem, ut ad componendas fidei nos & ipsos inter controversias validum inde argumentum deduci nequeat?

Ad I. Hallucinati fuerunt, quis neget aliquoties Interpres; an autem omnes, & ubique? Plerique illorum Lapsus in recentioribus Editionibus adnotati & castigati fuerunt. Istud vero lepidum, quod Dallæus dicat, CHRISTOPHORSONUM SOZOMENI verba de LIBERIO R. P. infideliter reddidisse, ut a Pontifice *suo* labem, nempe subscriptionem formulæ Semiarianæ, amoliretur; cum tamen

tamen ille non Romanæ sed Anglicanæ communioni fuerit addictus, & Henricus Vallesius, catholicus utique, illum Sozomeni locum ad mentem Dallæi transtulerit.

Ad 2. Sunt non nulla PP. dicta obscura atque ambigua, tunc præsertim, quando a suo contextu avulsa & quasi frustatim, ut Hæretici solent, proferuntur, non item, si textus integer evolvatur, Scopus Authoris introspiciatur, & cum aliis quidem Locis ac dictionibus conferatur. Quamobrem non desunt certæ quædam atque securæ Regulæ in Patrum Lectione observandæ, de quibus cap. sequente.

Ad 3. Quis Vocum Patribus usitatarum Sensus fuerit, ex ipso contextu, Scopo, & ævi illius Historia haud difficulter dignosci valet. Exemplo sint οὐσια. ὑποστασις ὁμοουσιος. & alia quæ jam Neminem latent, etsi de illis olim disceptatum fuerit.

265 *Cap. VI.* Patres sæpe, quæ ipsi credunt, tacent, & quæ non credunt, referunt; seu aliorum, nomine tacito, Sententias referunt, ut in commentariis; seu contra Adversarios disputent: ubi nihil non adhibent, quod ad argumentum suum faciat, seu ad captum Auditorum se adcommodent, ut in Homiliis.

Resp. Nec omnium Patrum, nec ubique mos iste fuit. Referunt aliorum opiniones, & ubi

& ubi erroneæ fuerint, rejiciunt, atque refutant. Utuntur quandoque argumento ad Hominem, quod Lector ſapiens & exercitatus (nec enim omnibus datum eſt adire Corinthum) haud difficulter advertet, ut in profanis quoque Authoribus, quin & in S. Scriptura, præſertim Epiſtolis S. Pauli occurrit. Nempe Regulis in PP. Lectione opus eſt, nec ad eam illotis manibus irruendum.

Cap. VII. Patres in iisdem fidei capitibus non ſemper perſtiterunt, ſed a quibusdam ſuis ſententiis diſceſſerunt non nunquam, prout exercitatione vel ætate rerum maturuerat Judicium. Exemplum eſt in Tertulliano ad Montaniſtas deflectente, & S. Augustino, qui in Senectute opera ſua retractavit, & non pauca revocavit. Idem ab aliis factum fuiſſe, vero ſimile eſt.

Reſp. Quod de paucis ſolum Patribus 267
conſtat, ad univerſos citra temeritatem extendi non debet, aut de ſingulis probandum reſtat. De *Tertulliano* dicimus Proteſtantibus, *ille poſt Hæreſin veſter eſt.* Utinam vero Augustinum in Juventute errantem, & in Senectute autem retractantem, & ipſi imitari vellent: Nihil tamen Auguſtinus eorum inmutavit aut correxit, quæ nos inter & Proteſtantes controverſa ſunt. Immo Majorum hæreditariæ Traditioni cum aliis Patribus conſtanter adhæſit.

267 *Cap. VIII.* Necessarium, & idem tamen difficillimum est, ut certo statuatur, quid de suis ipsorum singulis sententiis Patres censuerint, & an eas ut necessarias, an ut probabiles tantum, & quo in gradu necessitatis, vel probabilitatis, eas habuerint. Exemplum profert ex INNOCENTIO I. & S. AUGUSTINO, qui Eucharistiam Parvulis plane necessariam esse existimarunt, contra quam hodie sentit Ecclesia Romana.

Resp. Quid Patres necessario credendum asseruerint, inde colligi potest. 1.) Si doctrinam obpositam veluti hæreticam reprobaverint, ut illam AERII, VIGILANTII, JOVINIANI, PELAGII, BERENGARII &c. 2.) Quando usi fuerunt hujusmodi formulis: credimus, confitemur, edocti sumus, Christus dixit, nihil innovetur, nisi quod traditum est: Apostoli tradiderunt, Ecclesia ubique locorum tenet, & similibus. 3.) Si doctrinas suas exposuerunt pro instruendis catechumenis & Neophytis in catechesibus, v. g. S. CYRILLI Hierosolymitani; ibi enim non probabiles opiniones, sed fidei dogmata ab omnibus credenda proposuerunt. 4.) Quando enatæ novæ doctrinæ authoritate Conciliorum discussæ & condemnatæ fuerunt. Tunc enim Indicio luculento est, Patres anteriores obpositam Doctrinam Catholicam necessario credendam existimasse. Sic statim repressi fuerunt Iconomachi, Berengarius cum asseclis, realem Christi in Eucharistia præsentiam inpugnantes

gnantes. Quid de INNOCENTII & AUGUSTINI Sententia (nec enim illa omnium PP. fuit) de Euchariſtia Parvulis præbenda reſpondendum ſit, ſuo loco dixi.

Cap. IX. Neceſſarium eſt, ut nobis conſtet ratio, non ſolum de unius aut plurium Patrum, ſed etiam de totius veteris Eccleſiæ Sententia, quod difficillimum eſt pernoſcere. Quis enim modo dicere poterit, quæ omnium fides fuerit ætate JUSTINI, aut CYPRIANI? 268

Reſp. Dignoſci id valet ex Patribus coævis, & ſequentibus, qui cum recens exortam Hæreſin ſtatim adgreſſi fuerint, eo ipſo ſignificarunt, eam antiquorum fidei contrariam eſſe, ut frequenter jam obſervavi.

Cap. X. Ægerrime ſciri poteſt, num Patrum de hujus Sæculi controverſiis Sententiæ ab Eccleſia Univerſali, an ab ejus parte tantum receptæ fuerint. Id ipſum tamen ſcitu neceſſarium eſt, ut locorum, qui ex iis proferuntur, uſus aliquis apud nos eſſe poſſit. Ita de Baptiſmo Hæreticorum, de Jejunio ante Paſca & Sabbathino, de canone S. Scripturæ, diverſæ olim erant Eccleſiarum & Patrum opiniones. 269

Reſp. Quæ univerſalis Eccleſiæ de dogmatibus fidei (nam diſciplina variabilis eſt, ad quam pleraque pertinent exempla in objectione adducta, quum ipſi Africani & Aſiatici

tici quæstionem de Baptismo Hæreticorum ad eam pertinere arbitrati fuerint) Sententia fuerit, ex Conciliis præsertim generalibus, pluriumque particularium consensu, & plerorumque Patrum sensu, colligi potest. Servit huc Regula VINCENTII Lirinensis Commonit. cap. 28. p. m. 344. „ Cum primum mali cujusque erroris putredo erumpere cœperit, & ad defensionem sui quædam sacræ legis verba furari, eaque fallaciter & fraudulenter exponere, statim interpretando canoni majorum Sententiæ congregandæ sunt; quibus illud, quodcunque exurget novitium, ideoque profanum, & absque ulla ambage prodatur, & sine ulla retractatione damnetur. Sed eorum duntaxat Patrum sententiæ conferendæ sunt qui in fide & communione Catholica sancte sapienter, constanter viventes, docentes, & permanentes, vel mori in Christo fideliter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est ut quicquid vel omnes vel plures uno eodemque sensu manifeste, frequenter, velut quodam consentiente sibi Magistrorum concilio accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, id pro indubitato, certo, ratoque habeatur. Quicquid vero quamvis ille sanctus & doctus, quamvis Episcopus, quamvis Confessor & Martyr, præter omnes aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias & occultas & privatas opiniunculas a communis & publicæ generalis sententiæ auctoritate secretum sit; ne cum summo æternæ salutis periculo, juxta sacrilegam hære-

ticorum & ſchismaticorum conſuetudinem, universalis dogmatis antiqua veritate dimiſſa, unius hominis novitium ſectemur errorem. Quorum beatorum Patrum ſanctum catholicumque conſenſum ne quis ſibi temere contemnendum forte arbitretur, ait in prima ad Corinthios Apoſtolus: *Et quosdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos* (quorum ipſe unus erat) *ſecundo Prophetas* (qualem in actibus Apoſtolorum legibus Agabum) *tertio Doctores*, qui tractatores nunc adpellantur; quos hic idem Apoſtolus etiam Prophetas interdum nuncupat, eo quod per eos Prophetarum Myſteria populis aperiantur. Hos ergo in Eccleſia Dei divinitus per tempora & loca diſpenſatos quisquis in ſenſu Catholici dogmatis unum aliquid in Chriſto ſentientes contempſerit, non hominem contemnit, ſed Deum?"

Cap. XI. Fieri non poteſt, ut ſuper ullo 270
eorum capitum, quæ ſunt hodie in controverſia, clare liquidoque pernoſcamus, quæ totius veteris Eccleſiæ, ſive univerſalis, ſive particularis ſententia fuerit. Vel enim Eccleſiæ nomine intelliguntur omnes fideles, tam Clerici quam Laici? Horum autem ſingulorum fidei quis ſe vadem præſtare poterit? Aut ſoli Paſtores cum Clero? At vero teſtatur Ambrosius Serm. XVII. Tom. 4. opp. p. 725. (neſcio autem cujus editionis): „plerumque Clerum erraviſſe, Sacerdotis nutaſſe Sententiam; divites ſeculi iſtius cum

 ſeculi

feculi iſtius terreno regno ſenſiſſe, populum fidem propriam reſervaſſe.“

Reſp. Quum & Conciliorum plerorumque Acta & Canones, Patrumque ſcripta plurima ex omni ætate ſuperſint, ex illis veteris Eccleſiæ fides utique deſumi poteſt, & a bene multis hactenus demonſtrata fuit. Erraverint Clericorum nonnulli, quin & Epiſcopi: An non illis, ubi prava eorum doctrina detecta fuit, cæteri ſe obpoſuerunt, & Majorum Traditionem tutati ſunt?

Exemplo ſunt nobis Arius, Macedonius, Aërius, Vigilantius, & noviſſimi reformatores, damnatam priorum hæreſin eructantes. Nunquid Novatores orienti, occidentique audiebant? Ita nempe Eccleſiæ ſuæ ſemper invigilabat Deus, ut multorum quidem, non autem omnium patiatur fidem corruere, & provinciarum quarumdam ex apoſtaſia ruinam aliorum populorum converſione cum incremento reſtauraret, & dum ab aliquibus aufertur Regnum Dei, gentibus aliis donetur facientibus fructus ejus Matth. XXI. 43.

271 Idem Dallæus opponit Lib. II. cap. I. Patrum de fide Eccleſiæ teſtimonia non ſunt ſemper certa, veraque. Vel enim loquuntur ut *Teſtes* eorum, quæ tunc in ipſa Eccleſia credebantur; vel ut *Doctores* exponunt, quid ipſimet credant? In utroque falli poſſunt;

Non

Non igitur ſunt eorum teſtimonia ſemper certa, & vera.

Min. prob. quaod 1.) Quæ illius temporis Eccleſiæ, ſeu omnium fidelium atque Paſtorum fides fuerit, res facti eſt, in quo falli unusquisque poteſt. Sic I.) PHILASTRIUS in Catalogo Hæreſeon multas opiniones inter Hæreſes inmerito computat, quæ hæreticæ minime ſunt. 2.) Teſtatur HIERONYMUS, Eccleſiam credere, Animas inmediate a Deo creari, dum Corpori rite diſpoſito uniuntur. 3.) JOANNES Theſſalonicenſis Actione V. Concilii Nicæni II. dicit, Eccleſiæ eſſe Sententiam, Angelos non omnino eſſe incorporeos. 4.) Teſtatur S. AUGUSTINUS, univerſæ Eccleſiæ ante CYPRIANUM fuiſſe conſuetudinem, ut baptizati in Hæreſi ad Eccleſiam redeuntes non rebaptizarentur. FIRMILIANUS autem de contrario, vetuſtoque more in Cappadocia obſervato teſtatur. 5.) S. FULGENTIUS ad Fidei dogma refert, Parvulos absque Baptiſmo decedentes Ignis æterni ſubplicio puniendos eſſe. 6. Venerabilis BEDA Lib. de Temporum ratione cap. 45. ait: „ Habere Eccleſiæ fidem, Dominum in carne plusquam 33. Annis vixiſſe, paſſum eſſe Luna XV. nulli Licere dubitare Catholico.

Prob. min. quoad II. Patres etiam ut Doctores, Homines tamen ſunt, nequaquam inſpirati, nec ab errandi periculo exemti, quod ipſimet Patres fatentur pluribus eorum

locis cap. 2. a DALLÆO adductis præsertim AUGUSTINI Epistola CXI. ad Fortunatianum. „ Neque quorumlibet disputationes quamvis Catholicorum & laudatorum Hominum, velut Scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, salva honorificentia, quæ illis debetur Hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte inveniremus, quod aliter senserint, quam veritas habet, divino adjutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis, talis ego sum, in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum."

Nec juvat respondere, falli posse singulos, non autem omnes simul sumtos.

Idem enim hoc fere, ait, ac affirmare, Senatores singulos ægrotare posse, non vero Senatum integrum, ex singulis constantem, præsertim cum in aliquo fidei capite, v. g. Regni millenarii, non unus, sed plures, immo plerique hallucinati fuerint.

Resp. Nego min. Quoad I. distq. In quæstionibus facti *meri* falli unusquisque, immo omnes possunt. *Conc.* In Quæstionibus facti cum Jure vel dogmate connexi omnes Patres simul falli possunt. *Nego.* Quæ autem priorum temporum Ecclesiæ fides fuerit, non est *purum* factum; testantur enim Patres non modo, quid fideles crediderint, sed quid ex verbo revelato per traditionem propagato credendum fuerit, quæ est Quæstio dogmatis. Quum autem Patres, Episcopi præsertim, non testes modo, sed & custodes

des commissi sibi sanae doctrinae depositi a Deo positi fuerunt permittere non potuit Dei providentia, promisso suo innixa, ut omnes simul fideles cum Pastoribus, hoc est, universa Ecclesia, errarent.

Ad 1.) Fateor, PHILASTRIVM minus adcurate, non tamen ex mente Ecclesiae, scripsisse, & haereticum dixisse, quod ipsi erroneum videbatur.

Ad 2.) HIERONYMVS id unum affirmat de Ecclesiae sensu, Animas ante Corpora non exstitisse quasi de coelo delapsas, adversus ORIGENEM.

Ad 3.) JOANNES Thessalonicensis vult, de fide non esse, Angelos esse prorsus incorporeos, eoquod in corporibus aliquando visi fuerint, & veterum non nulli subtilia iis corpora adseruerint.

Ad 4.) Recte illam universalis Ecclesiae consuetudinem de non rebaptizandis Haereticis ante CYPRIANI tempora adfirmavit, cum adversa ab AGRIPPINO primum, & eodem fere tempore in Cappadocia introducta fuerit, ut ea propter Jure rescripserit S. STEPHANVS R. P. *nihil innovetur, nisi quod traditum est.*

Ad 5.) Duo affirmat S. FVLGENTIVS. a) Parvulos sine Baptismo non fruituros vita aeterna, quod ad fidem pertinet contra PELAGIVM. b) Puniendos etiam fore Poena

 sensus:

ſenſus: Hoc autem ut dogma fidei tenendum eſſe, vel ipſe non credidit, aut privata ſolum opinione, quæ plurium eo tempore animis inſiderat, exiſtimavit.

Ad 6.) Si Venerabilis BEDA illam de ætate Chriſti, & die emortuali Sententiam, quæ communis eſt Eccleſiæ, pro dogmate Fidei agnovit, id perperum ab eo factum, cum deſuper nihil unquam definitum fuerit. Uno autem hallucinante, non illico omnium Patrum Authoritas evertenda eſt.

Reſp. ad probationem II. Minoris. Singulos, cum Homines ſint, errare poſſe, ſeorſim ſpectatos, quod probant allegati Patrum textus, non vero omnes, quibuscum futurum ſe eſſe Chriſtus promiſit uſque ad conſummationem Sæculi: Hinc etiam patet differentia inter Senatum integrum & Patres ſimul conſideratos. Illi enim a Deo conceſſum non fuit Sanitatis Privilegium, quemadmodum Eccleſiæ, ex Paſtoribus & ovibus collectæ, adverſus quam Portæ Inferi nunquam eſſent prævaliturae, quæ eſſe debebat columna & firmamentum Veritatis, quam omnes audire debent, inerrantiæ donum promiſſum, collatumque fuit. Erraret autem univerſa Eccleſia, Patrum Traditionem ſecuta, ſi errarent Paſtores, & cum illis fideles, ab ipſis ſeducti, immo decepti a Deo, qui illos, ut ſe ipſum audiri voluit, & illis ſpretis ſe ſperni adſeveravit.

Cap.

Cap. III. IV. & V. Contendit DALLÆUS, 27[illegible]
Patres ea ratione ſcripſiſſe, ut manifeſtum ſit, iis inter ſcribendum de Religione pronuntiare non fuiſſe propoſitum, eoquod non nulla ex tempore peroraverint, dictaverint, aut præcipitanter in Membranas effuderint. Variis dein Exemplis probat, Patres ſive ſeorſim ſingulos, ſive conjunctim plures in variis Religionis Capitibus erraſſe, & inter ſe aliquando diſſentire, & quidem de rebus magni momenti.

Reſp. Fateri oportet, Patres quidem ſingulos ſeorſim errare poſſe, in quorumdam operibus nævos, quin & Errores deprehendi: omnes autem univerſim in aliquo dogmate erraſſe unquam, aut errare poſſe, nec evicit DALLÆUS, nec alius unquam demonſtrabit. Sit, quod non nulli ex tempore peroraverint, aut in Chartam projecerint. Quis poterit probare, eos dicenda, aut ſcribenda non prius meditando, ruminando diggeſſiſſe, aut opera, præſertim dogmatica non magno Studio fuiſſe elaborata? CHRISTUS, qui ad Apoſtolos, non perpetuo victuros, conſequenter & ad eorum Succeſſores, Paſtores atque Doctores, dixerat: „ Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum Veritatis. " CHRISTUS, inquam, univerſalem ejusmodi Errorem permittere nunquam potuit, ut vel ipſi Proteſtantes de Eccleſia, ſaltem interna fatentur non inviti: Non nulli inter eos modeſtio-

destiores, Angli præsertim, de externa quoque adfirmant. Opponam igitur Dallæo Gulielmum Beveregium, cujus in Præfatione ad Codicem Canonum primitivæ Ecclesiæ apud Cotelerium Patr. Apostol. Vol. II. pag. m. 3. N. V. hæc sunt verba lectu dignissima: „ Sed dicet forsitan non nemo. *Patres & seorsim singulos, & conjunctim plures in variis Religionis capitibus erravisse; eosque inter se aliquando dissentire, & quidem interdum de rebus magni momenti.* Hæc, fateor, contra antiquos Ecclesiæ Patres, eorumque in Ecclesiasticis controversiis dijudicantis auctoritatem non ita pridem objecta fuerant. Sed utrum vera sint, an falsa non opus est hic disputemus. Etsi enim verissima esse concedamus, nullum tamen ex iis contra nostram *de vero usu Patrum* sententiam exsculpi potest argumentum. Quippe qui de Patribus non singulis seorsim, sed omnibus conjunctim loquimur. Ac proinde quotquot errores in uno pluribusve deprehensi fuerint, & utcunque etiam in non nullis, magni fortasse momenti, rebus inter se dissentiant, vel saltem dissentire videantur; nostra tamen Sententia firma satis stabilisque manet, quando quidem multa sunt nihilominus, de quibus inter omnes omnino Patres convenit, plurima, in quæ major eorum pars consensit. Quæcunque autem inter eos nonnullis de rebus commotæ fuerint dissensiones, summæ eorum in istis de quibus consentiunt, auctoritati nihil detrahunt: Sed eam potius egregie confirmant. Ex eo enim,

quod

quod in aliis diſſenſerint, luculentiſſime conſtat, illos ea de quibus conſenſerunt, non ex pacto & conventu, non ex inita factione, aut conſociatis conſiliis, neque ex privatis denique ſuis ipſorum opinionibus tradidiſſe, ſed nude & ſincere, tanquam ex communi univerſalis Eccleſiæ ſenſu ac traditione. Et quidem utut in aliquibus minus neceſſariis, tam fidei, quam diſciplinæ capitibus, aliquantulum inter ſe diſſideant antiqui Patres, plurima tamen ſummo ab omnibus concentu recepta fuiſſe, ita perſpicuum eſt, ut oculis judicare poſſimus. Multa enim videmus ab univerſali Eccleſia in Conciliis vere Oecumenicis definita; multa plurium, multa omnium Eccleſiæ ſcriptorum conſenſu, comprobata; multa denique, de quibus mota eſt controverſia. E quorum numero non nulla a nobis ſupra commemorata ſunt: quibus & alia quam plurima accenſeri poſſunt. " Ita quoque illuſtris Joannes Tellus, Oxonienſis Epiſcopus Præfatione ad opera Cypriani a ſe edita: „ Minime mihi placet illorum induſtria, qui in nævis Patrum oſtentandis operam collocant, non ſine inſigni Religionis damno Orthodoxi. Rectius illi pietatem colunt, qui verendæ Patrum nuditati non tantum tergum obvertunt, ſed etiam Pallium injiciunt; & errores humanitus admiſſos, benigna humanitate diſſimulant ſimul & amoliuntur. "

273 *Cap. VI.* poſtremo. Neque Proteſtantes, neque Pontificii agnoſcunt Patres Judices rerum ad Religionem ſuam pertinentium, hique non minus quam illi, quæ ad palutum ſuum non faciunt, nulla Religione reſpuunt. De Proteſtantibus quidem id palam eſſe ait ex illorum confeſſione, & quod ſoli S. Scripturæ innitantur. De Catholicis autem id probare contendit ex Teſtimoniis Cardinalis CAJETANI, Melchioris CANI, Ambroſii CATHARINI, Dionyſii PETAVII, MALDONATI, aliorum, qui non omnia in Patribus probanda, ab eorum opinionibus tuto recedi poſſe, non uno in loco adfirmant.

Reſp. I. Nego *antec.* quoad utramque partem. Etſi enim Galliæ, Germaniæ, & Septentrionis Proteſtantes bene multi nullam, aut certe modicam SS. Patribus Reverentiam habeant, & Authoritatem tribuant, aliter tamen ſentiunt Angli, quos Epiſcopales dicunt, qui Traditionis & quod e Patrum, priorum præcipue Sæculorum, Authoritate deſumitur argumentum: ipſi adverſus Proteſtantes cæteros adhibent, & egregie vindicant. Quod ne gratis dixiſſe videar, addam prioribus BEVEREGII Verba & alia, quæ Nemo non e calamo Romano-Catholici Scriptoris fluxiſſe exiſtimaret, niſi BEVEREGII Nomen præfixum legeret. Ita autem Ille loc. cit. pag. I. "

I. Eo temeritatis, delira hac noſtra ætate, deventum eſt, ut nihil propemodum in

ipſa

ipſa ſit religione Chriſtiana, quod non vel privatim in dubium, vel in controverſiam publice vocetur. Usque adeo ut ea etiam, quæ per multa retro ſecula, & ab ipſis Eccleſiæ primordiis ubique recepta fuerunt dogmata, ritusque, hiſce demum noſtris diebus in diſcrimen veniant, & perinde oppugnentur, ac ſi nos primi eſſemus chriſtiani, omnesque majores noſtri nudum Chriſti nomen præ ſe tuliſſent, & præterea nihil: vel ſaltem ac ſi in graviſſimis perpetuo erroribus verſati fuiſſent, quicunque divulgatam in Evangelio fidem ante hac amplexi ſunt. Nimirum, noviſſimis hiſce temporibus nova jactantur lumina, ac majora Spiritus S. dona ſimulantur: ideoque novæ credendi, novæ orandi, novæ prædicandi, novæ omnium Eccleſiaſticarum adminiſtrationum peragendi formulæ finguntur indies, & celebrantur. Et quod abſurdiſſimum eſt, ipſa etiam novitate nihil modo antiquius habetur, ſed quo quid magis novum eſt, eo pluribus & magis placet & ſollicitius propugnatur. Hinc illæ lacrymæ! Hinc tot horrenda in Eccleſia ſchismata! Dum ſinguli enim ingeniis, vel petulantibus potius ſuis plus nimio indulgentes phantaſiis, novitatibus in Religionem invehendis ſtudent, omnes, præ infinita opinionum diverſitate, in contraria ſcinduntur ſtudia & factiones.

II. Quod ſi noſmet tandem aliquando recolligamus, resque ea, qua par eſt, animi temperantia & æquitate perpendamus, ſtatim

parebit,

parebit, nos, qui hanc aliasque circumjacentes modo incolimus Regiones, nec primos esse, nec solos Christi cultores, sed exiguam tantum partem magni illius corporis, cujus caput est Christus: utpote quod summa Dei misericordia in omnes terrarum fines diffusum est, & ab ipsis Apostolorum temporibus semper fuit: adeo ut nulla sit ætas, nec ulla fere regio, qua non plurimi per eam, quam nos profitemur, fidem cœlorum potiti sunt. Secundum hæc, si prægrande hoc omnium cujusque seculi Christianorum corpus, quod Catholica, sive universa Ecclesia vulgo appellatur, ut ubique & semper constitutum, attente perlustremus; certa quædam quasi communia in eo deprehendemus principia, quæ totam percurrunt, omnesque illius partes & sibi invicem & capiti connectunt. E quibus primum, illudque equo cætera oriuntur, est, *Sacram Scripturam, sive vetus novumque Testamentum, divinitus esse inspiratam.* In hoc omnes ubique christiani consentiunt, semperque consenserunt; quorum propterea nec societate nec nomine dignus censetur, qui illud negat. Verum enimvero hæc sacra Scriptura etiamsi in iis, quæ ad cujusque salutem absolute sunt necessaria, præceptis clarissima sit & omnibus manifesta, quantum tamen ad doctrinam spectat & externam Ecclesiæ disciplinam, ea pro ipsa sua altitudine non uno eodemque sensu ab omnibus accipitur, sed divina ejusdem eloquia aliter atque aliter alius atque alius interpretatur, ut pene quot homines sunt,

tot

tot illinc ſententiæ erui poſſe videantur: ut obſervavit olim VINCENTIUS Lirinenſis, & ex hæreticis ac ſchismaticis ſatis ſuperque conſtat, qui nempe ſinguli pravas ſuas opiniones praxesque e ſacris Scripturis ſuo modo interpretatis eliciunt. In hujusmodi itaque rebus ſi non errandi, nec offendendi certi eſſe velimus, imprimis procul omni dubio cavendum eſt, ne privatis noſtris aliorumve opinionibus aut conjecturis pertinaces nimis adhæreamus, ſed nobiſcum potius recolamus, quid univerſa Eccleſia, vel maxima ſaltem pars chriſtianorum, de iſtis ſenſerint, & in ea acquieſcamus ſententia, in quam chriſtiani per omnia ſecula conſenſerunt. Quemadmodum enim *omni in re conſenſus omnium vox naturæ eſt*, ut ait CICERO: Sic etiam in hujusmodi rebus *conſenſus omnium chriſtianorum vox Evangelii merito habeatur.* Multa autem ſunt, quæ licet in S. Scripturis expreſſe ac definite non legantur, communi tamen omnium Chriſtianorum conſenſione ex iis eruuntur. Exempli gratia, *Tres diſtinctas in ſacroſancta Trinitate perſonas venerandas, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, hosque ſingulos verum eſſe Deum, & tamen unum tantummodo eſſe Deum: Chriſtum θεάνθρωπον eſſe, vere Deum, ac vere hominem in una eademque perſona.* Hæc & ſimilia quamvis totidem verbis ac ſyllabis, nec in veteri nec in novo Teſtamento tradantur, de iis tamen; ut utroque fundatis, inter omnes ſemper convenit Chriſtianos: demtis tantummodo paucis qui-

busdam hæreticis, quorum in religione haud major habenda eſt ratio, quam monſtrorum in natura. Sic etiam *Infantes ſacro baptiſmate abluendos eſſe, & Sponſores ad illud Sacramentum adhibendos. Dominicam, ſive primam per ſingulas ſeptimanas feriam, religioſe obſervandam eſſe. Paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis Domini ad cœlum, nec non Spiritus ſancti adventus commemorationem per ſingulos annos peragendam, Eccleſiam ubique per Epiſcopos a Presbyteris diſtinctos iisque prœlatos adminiſtrandam eſſe.* Hæc & alia hujusmodi nusquam in ſacris Scripturis diſerte ac nominatim præcipiuntur; ſed nihilominus per mille & quadringentos ab Apoſtolis annos in publicum Eccleſiæ uſum ubique recepta fuerunt: nec ullam intra illud tempus invenire eſt Eccleſiam, in ea non conſentientem. Adeo ut quaſi *communes* ſint *notiones* omnium ab origine Chriſtianorum animis inſitæ, non tam ex ullis particularibus ſacræ Scripturæ Locis, quam ex omnibus: ex generali totius Evangelii ſcopo & tenore; ex ipſa religionis in eo ſtabilitæ natura & propoſito; atque ex conſtanti denique Apoſtolorum traditione, qui Eccleſiaſticos hujusmodi ritus, & generales, ut ita loquar, Evangelii interpretationes per univerſum terrarum orbem una cum fide propagarunt. Alioquin enim non credibile, immo vero impoſſibile prorſus eſſet, ut tam unanimi conſenſione ubique, & ſemper, & ab omnibus reciperentur.

III. Hi-

III. Hisce præmissis, primo intuitu patet, quid ex eis consequatur. Cum majorem enim omnibus quam singulis Christianis, & universæ quam particularibus quibuscunque Ecclesiis fidem habendam esse nemo dubitet: cum plurima etiam sint, in quæ universalis Ecclesia, per multa post Apostolos secula, consensit: cum hæc denique universalis Ecclesiæ consensio certissima sit in iis, quibus habeatur, capitibus sacræ Scripturæ interpretatio, hinc clarissime constat, quali quantoque usui sint antiqui Patres, aliique omnium Ecclesiæ seculorum scriptores, quamque necessario ab iis consulendi sint, quibus, Ecclesiasticas agitantibus controversias, vel sua salus; vel pax Ecclesiæ cordi est. Si nulla enim veteris Ecclesiæ commentaria, nulla Conciliorum Acta, nulla historiæ Ecclesiasticæ monumenta hodie extarent, quantis in tenebris circa ipsam nostram religionem versaremur? Quam facile esset subtili civis hæretico, vel sceleratissimo etiam impostori, pietatis speciem præ se ferenti, verba plerisque dare, eosque in perniciosissimos omnium generum errores inducere? Quis quamcunque, licet corruptissimam Ecclesiam, in iis quæ non diserte in sacris Scripturis prohibentur, vitii aut erroris arguere potuisset? unde enim constaret, an non ea, quæ ibi usitantur, ab ipsis Apostolis tradita fuissent, & universalis Ecclesiæ consensu comprobata? Quot denique & quanta cujusque modi incommoda hinc exorirentur? Sed nihil est

quod iis enumerandis inmoremur, cum inter tot tantasque imperiorum confusiones, Ecclesiarum singularium tumultus, omniumque rerum humanarum perturbationes, sapientissima benignissimaque Dei Opt. Max. providentia ita comparatum sit; ut ab ipsis Apostolicis, usque ad hæc nostra tempora, nulla sit ætas, cujus Ecclesiastica nobis monumenta non conserventur. E quibus propterea perfectam universalis Ecclesiæ ideam animo concipere, & pro comperto, certoque habere possumus, quid per omnia secula admissum fuerit, & quid rejectum: qui ritus & dogmata obtinuerint, quæ hæreses & schismata explosa sint & condemnata. Ex iis denique, iisque solis, videre licet, de quibus doctrinis disciplinisque inter omnes perpetuo Ecclesias convenit, & de quibus inter eas controversum est: adeoque quid magis, quidque minus necessarium est creditu, & observatu. Quicquid enim de aliis dicendum est, ea saltem in quæ omnes ubique Ecclesiæ consenserunt, non possunt non certissima esse, & necessario ab omnibus etiamnum retinenda.

IV. Verum enimvero hæc, de qua loquimur, universalis Ecclesiæ de quibusvis fidei articulis aut ritibus Ecclesiasticis consensio, non ex uno alterove scriptore, nedum ex uno alterove Scriptoris alicujus loco, seorsim a reliquis, sed ex omnibus conjunctim petenda est; vel etiam a maxima eorum parte,

te, qui per omnia, præſertim antiquiora, Eccleſiæ ſecula aliquid Litteris mandarunt, & de iſtis rebus meminerint. In omnibus enim ſocietatibus, qualis eſt Eccleſia, pars major præjudicat minori, & jus integri obtinere ſolet. *Quod major pars curiæ*, inquit Jus civile, *efficit, pro eo habetur ac ſi omnes egerint.* Immo quidem hæc inter communes juris illius regulas habetur: *Refertur ad univerſos, quod publice fit per majorem partem.* Quod itaque vel a majori parte ſtatuitur, aut affirmatur, illud Eccleſiæ univerſali jure adſcribendum eſt: multo magis quod conjunctis omnium, vel pene omnium teſtimoniis munitur. Ad quam quidem claſſem quam plurima in re Eccleſiaſtica facile redigantur. Etiamſi enim ſingulorum per omnes ætates Chriſtianorum ſententias nobis transmiſſas non habeamus, habemus tamen quod tantidem eſt. Primo etenim, ubi de univerſalis Eccleſiæ conſenſu loquimur, haud neceſſe eſt, ut ad plebis etiam, ſive Laicorum opiniones reſpiciamus: illi enim ad Judicium de doctrina aut diſciplina Eccleſiæ ferendum, nunquam admiſſi fuerunt; quippe quos Paſtorum ſuorum ſententias in omnibus, ut par eſt, ſequi, non præire, ſemper præſumtum eſt. Et præterea cum populi Epiſcoporum ſuorum electioni antiquitus ſuffragari, ſuumque de eligendis teſtimonium præbere ſolerent, eo ſane in doctrinam eorum & diſciplinam ſe conſentire aperte ſatis oſtendebant: adeo ut quæcunque Epiſcopi cujusvis fuerit ſententia,

eadem & populus cui praeerat, ductus merito exiftimetur. Hinc idque confenfionem Ecclefiae non e populo, fed ex Epifcopis eorum, e magiftris & facerdotibus petendam effe, VINCENTIUS Lirinenfis recte olim obfervavit. *Confenfionem quoque itidem fequemur*, inquit, *fi in ipfa vetuftate omnium, vel certe pene omnium Sacerdotum & magiftrorum definitiones fententiasque fectemur.* Et hoc quidem, *univerfalis, fcilicet, Ecclefiae confenfionem non ex populo, fed ex Epifcopis, Clericisque petendam effe*, unum eft e plurimis iftis dogmatibus, in quae ipfam univerfalem Ecclefiam habemus confentientem, utpote quae de rebus Ecclefiafticis differtura, plebem raro adeffe, nunquam autem fententiam de iftis dicere, aut fuffragium ferre permifit. Neque enim in omnibus quae unquam de iftiusmodi rebus celebrata funt Conciliis, quemquam e plebe decretis fubfcripfiffe legimus. Omnia vero per fingulas aetates communia Ecclefiae negotia per folos Epifcopos & non nullos fubinde Presbyteros, Epifcoporum fuorum loca tenentes, in Conciliis Congregatos transacta funt. Quae quidem Concilia fi in una aliqua Provincia, iftam folam *Provincialem*; fin ab omnibus conjunctim, vel a majori earum parte celebrata fuerint, *univerfalem Ecclefiam* repraefentarunt: *Per quae, fcilicet*, ut ait Tertullianus, *& altiora quaeque in commune tractantur, & ipfa repraefentatio totius nominis Chriftiani magna veneratione celebratur.* Hujusmodi autem tam *Provincia-*

lia

lia a ſingulis Provinciis, quam *Univerſalis* ab univerſa Eccleſia, e qua cognominantur, celebrata Concilia, eorumque Acta & Decreta quam plurima etiamnum extant. Extant etiam ſatis multa ſingulorum Epiſcoporum & Presbyterorum commentaria, non quidem omnium, ſed eorum tamen qui per ſingula ſecula doctiſſimi fuerunt, & dogmatum, rituumque Eccleſiaſticorum calentiſſimi. E quibus omnibus communes & omnium & ſingularium Eccleſiarum ſententiis clariſſime, ſi quid aliud, videre licet, adeoque certiſſime colligere quid nobis de iſtis rebus ſentiendum ſit. Etiamſi enim demus eſſe, an non alii, qui vel nihil ſcripſerunt, vel quorum ſcripta non ſuperſunt, aliter fortaſſe ſenſerint, cum id tamen non conſtet, & non conſtare in hujusmodi cauſis idem plane ſit ac non eſſe, quicquid omnes vel major Pars eorum, quorum genuina nobis relicta ſunt opera, tanquam in commune docuerunt, pro communi & conſtanti Eccleſiæ univerſalis Doctrina ſine dubio habendum eſt. Præſertim cum ipſa etiam univerſalis Eccleſia ſe in eam, quæ in antiquis Conciliorum Patrumque ſcriptis conſervatur, Doctrinam conſenſiſſe, abunde ſatis ex eo demonſtrarit, quod iſta, quibus continetur, ſcripta, nobis, Deo ita diſponente, conſervarit: aliorum interim, qui aliter ſenſerunt, commentariis tanta oblivione obrutis, ut vix nomina eorum poſteritati transmiſſa ſint. E quibus omnibus breviter & ſummatim præmiſſis legitime concludamus, omnia

& Patrum ſingularium opuſcula,& Synodorum tam Provincialium, quam univerſalium Acta & monumenta, quæ hodie extant, huic inprimis, magno ſane & eximio, Uſui nobis eſſe, quod ex iis pro certo & explorato habeamus, quid Eccleſia Univerſa de neceſſariis fidei articulis & ritibus Eccleſiaſticis ſemper crediderit, & prædicarit, adeoque quid ſemper in Eccleſia credendum & prædicandum ſit. Nemini enim dubium eſſe poteſt, quin univerſalis Eccleſiæ fidei moribusque in omnibus, quoad fieri poteſt, religioſe inſiſtere, & tutiſſimum ſit, & ſumme neceſſarium. "

Hactenus illuſtris Beveregius, quæ quidem etſi longiuſcula, cum tamen Viri ſint, a Sacris Catholici cætera alieni, & Patrum non minus, quam Traditionis authoritati egregie ſuffragentur, Neminem, ſpero, legiſſe pœnitebit.

Reſp. II. ad Partem I. Etſi Proteſtantes in multis controverſiis SS. Patrum Judicium declinent, ubi illos novitatibus ſuis adverſari animadvertunt, libenter tamen eos arripiunt, ſi eis favere, nobisque obſtare videntur. Nec etiam quæritur de facto, ſed an jure eos repudient, cum tamen ſint Teſtes exceptione majores illius doctrinæ, quam vetus Eccleſia tenuit, & ad ipſos quoque Proteſtantes propagavit. Unde enim Articulos illos, in S. Scriptura non clare expreſſos, quos nobiscum profitentur, & eos, qui infician-

ciantur, nobiscum damnant, ſolite probabunt, ſi Patrum Traditionem penitus ſubter fugere conſtituant?

Reſp. III. ad Partem II. De Catholicis falſum eſt, eos SS. Patrum authoritatem, quando in quæſtionibus fidei, aut genuino S. Scripturæ ſenſu eruendo aut omnes, aut plerique, iidemque præcipui concordant, non admittere. (N. 250. 256.) CAJETANUM certe, quod ab hac Regula in exponendis SS. Litteris receſſerit. Acri linivio perfundit Melchior CANUS de locis Theolog. Lib. VII. cap. 3. Concluſ. 3. Catholici alii, quos mala fide DALLÆUS in cauſæ ſuæ patrocinium adlegat, de Patribus ſingillatim ſpectatis, de privatis eorum opinionibus, aliquando erroneis, aut ad Diſciplinam, non ad dogma pertinentibus, affirmant, eos cum reverentia debita deſeri poſſe (N. 248.), ſecundum Regulam VINCENTII Lirinenſis in Commonitorio cap. 3. p. m. 302. „Quidſi in ipſa vetuſtate duorum aut trium Hominum, vel certe civitatis unius, aut etiam Provinciæ alicujus (v. g. Africæ repabtizantis) error deprehendatur? Tunc omnino curabit Chriſtianus Catholicus, ut paucorum temeritati vel inſcitiæ, ſi quæ ſint, univerſaliter antiquitas univerſalis Concilii Decreta præponat. Quid ſi tale aliquid emergat, ubi nihil hujusmodi reperiatur? Tunc operam dabit, ut collatas inter ſe majorum conſulat, interrogetque Sententias, eorum duntaxat, qui diverſis licet Tempori-

275

bus, & locis, in unius tamen Eccleſiæ Catholicæ communione & fide permanentes, Magiſtri probabiles exſtiterunt, & quidquid non unus pariter (dimiſſis reliquis) uno eodemque conſenſu aperte, frequenter, perſeveranter tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognoverit, id ſibi quoque intelliget absque ulla dubitatione credendum. " Quod etiam in ſequentibus per exempla illuſtrat.

§. II.

Traduntur quædam Regulæ in Patrum Lectione obſervandæ.

276 Tanta cum ſit SS. Patrum in comprobandis fidei dogmatibus authoritas, ut merito credantur conſtituti fideles Verbi traditi, depoſiti ad inſtar Eccleſiæ commendati, cuſtodes; quid aliud inde conſequitur, niſi ſummam veri Nominis Theologo neceſſitatem incumbere, ut in eorumdem Lectione probe ſit exercitatus, eorumque ſenſum ac Mentem ſibi reddat familiarem. Ne autem illotis, quod ajunt, Manibus, & cæco quaſi impetu in eorum evolvenda irruat opera, Regulas quasdam ex idoneis Authoribus excerptas, immo, ſi dicere liceat, propria experientia comprobatas, hic admetiri juvat, commodo, ut ſpero, Theologiæ Tyronibus futuras.

277 *Regula. I.* Priusquam alicujus Patris opus evolvere quis adgrediatur, expedit, vi-

tam illius habere perſpectam, ut inde de ætate authoris, de illius genio, de ævi ejusdem Moribus, controverſiis, Diſciplina, aliisque, judicare valeat. Quapropter ſedulus Patrum Lector præviis quibusdam Hiſtoriæ, eccleſiaſticæ præſertim, Idæis imbutus ſit, oportet, quarum multo plures ex hoc ipſo ſtudio cum magna quoque delectatione, nec minore fructu ſibi certiſſime comparabit.

Regula II. Secernenda ſunt dehinc ope- 278
ra illius genuina a dubiis, aut omnino ſpuriis, quem in finem obportune ſerviunt recentiores Patrum Editiones, ubi iſta diſcretio variorum Judicio adornata deprehenditur. Si cui non licet hanc adire Corinthum, alium ſaltem ad manum habeat authorem, qui Scriptorum eccleſiaſticorum, operumque eorum catalogum recenſet. Cujusmodi ſunt Bibliotheca eccleſiaſtica FABRICII, SIXTI Senenſis Bibliotheca ſancta. BELLARMINUS de Scriptoribus eccleſiaſticis, juncto LABBÆO. Petri ANNATI adparatus ad Theologiam poſitivam. DUPIN Nouvelle Bibliotheque eccleſiaſtique. Remigius CELLIER Hiſtorie generale des Autheurs ſacres & eccleſiaſtique. Atque e Proteſtantibus Guilielmus CAVE, & Caſimirus OUDINUS de Scriptoribus Eccleſiaſticis. In gratiam Lectorum meorum, quorum plerisque nec ullum forte horum Authorum opus ad manum eſt, hujusmodi Elenchum præcipuorum Eccleſiaſticorum Scriptorum magnam qua partem, præſertim quoad III. priora Sæ-

cula,

cula, e penu mea depromtum, quoad reliqua aliunde collectum, ad calicem subjungere volui.

279 *Regula III.* Obſervetur etiam tempus, quo ſingula Patris opera elaborata fuerunt; in Juventute, an Senio; ante, vel poſt aliquam enatam hæreſin. Ut enim S. AUGUSTINUS obſervat, SS. Patres ante exortam hæreſin ſcribentes ſecurius loquebantur, & ſine periculo audiebantur.

280 *Regula IV.* Quando idem Pater de aliquo Doctrinæ capite diverſimode ſentit, adhærendum potius Senſui ejus poſteriori, quoniam præſumitur eum majore Studio, & ſecundis curis illam Quæſtionem tractaſſe. Contrarium obſervandum in TERTULLIANO, ORIGENE, aliisque non nullis, qui ab Eccleſia receſſerunt, in varios Errores prolapſi, quorum opera anteriora, in Eccleſiæ gremio, communione, & ejus ſenſu Scripta, utique poſterioribus præferenda ſunt.

Neque tamen adparens locorum ejusdem Patris diſcrepantia ſtatim pro vera contradictione habenda eſt, ſed curandum ſedulo, ut, quoad fieri poteſt, & genuinus Veritatis Amor permittit, ſe cum invicem concilientur, & debita Patri reverentia ſalvetur.

281 *Regula V.* Ut de Patris cujusdam Mente ſecurum feratur Judicium, illi potius conſulendi

ſulendi ſunt loci, ubi quæſtionem ex inſtituto & data opera pertractat, præ illis, ubi eam ſolum per tranſitum, & quaſi aliud agendo, adtingit.

Regula VI. Scopus præſertim Authoris 282
probe attendendus eſt, quem ſibi in aliquo opere propoſitum habuit; Quid probandum, aut quem errorem refutandum ſibi ſumſerit? ſua ne, an ex aliorum, aut Adverſariorum mente, quaſi argumento ad Hominem, loquatur? quo apud Patres non infrequens eſt.

Regula VII. Quando in aliquo Patre 283
ſingularis quædam occurrit opinio, quæ illi cum aliis nequaquam communis eſt; nec ipſi quidem ſtatim habenda fides, nec etiam ille mox Erroris arguendus, niſi conſtet de Eccleſiæ Mente, ſed ſuſpendendum interea Judicium, de concordia laborandum, aut, ſi deſperata ſit res, cum honoris teſtificatione ab eo recedendum ad plures. „ Ne damnemus Patrem, inquit S. HILLARIUS Pictavienſis in fine libri de Synodis, ne animemus Hæreticos, ne, dum Hæreſin expellimus, hæreſin nutriamus.“ Neque etiam ob aliquos, qui non nullis Patribus ante prolatum deſuper Eccleſiæ Judicium adhæſerunt errores, Hæreſeos notam illis adſpergere licet, utpote illis ſolum debitam, qui Veritati, publice ab Eccleſia propoſitæ & agnitæ, cum pertinacia repugnant.

Regu-

284 *Regula VIII.* Aliquando Patres æſtu diſputationis abrepti, zeloque adverſarium penitus confodiendi flagrantes, nimium dicere, aut in contrarium errorem declinare *videntur*; Hinc non ad ſupremum uſque apicem ſemper ſequendi ſunt, ſed diſpiciendum, quid de errore, in quem proni fuiſſe videri poterant, in aliis locis ſenſerint, extra concertationis aleam conſtituti. Dixi ſtudioſe, *videntur*. Nec enim illis adſentiri velim, qui ſanctiſſimos etiam Patres ex ejusmodi contentionis fervore in oppoſitos Errores reapſe incidiſſe, temere aſſerunt, qua de re legendus Cardinalis NORISIUS in Vindiciis Auguſtinianis & BULLUS Anglus in defenſione Patrum ante Nicænorum.

285 *Regula IX.* SS. Patrum, primorum præcipue Sæculorum, de non nullis dogmatibus Silentium, aut ſub obſcura locutio, nequaquam argumento eſſe debet, illa non fuiſſe iisdem credita. Ut enim hoc Argumentum *mere negativum* quidpiam probaret; certo nobis conſtare deberet, nulla eorum, quos habemus, Patrum, aut aliorum, quos non habemus, opera fuiſſe deperdita, in quibus forte Dogmatis, quo de agitur, facta fuit mentio: Plurima autem interiiſſe, extra omne dubium eſt. Ad hæc etiam *Diſciplina Arcani* erga Paganos, Judæos, ipſosque Catechumenos illis temporibus obſervati ſolita, obſtabat, quo minus clare de iisdem diſſererent, ſed ea ſolis Initiatis viva voce traderent

rent: qui quidem mos ad usque Sæculum VI. obtinuit, ut in Emanuelis SCHELSTRATI, meaque, si lubet, dissertatione *de Disciplina Arcani*, videri poterit.

Porro quo Ordine, ac Methodo, utiliter evolvi possint, ac debeant Patres, sive ad S. Scripturæ intelligentiam, sive ad dogmatum fidei ac Morum, & ecclesiasticæ disciplinæ notitiam adquirendam, omnibus commendari meretur haud magni pretii Liber *de optima legendorum Ecclesiæ Patrum Methodo* editionis Taurinensis in 8vo An. 1742. & MABILLONIUS de Studiis Monasticis Parte II. cap. 3. 4. & 20.

CATALOGUS CHRONOLOGICUS,

Præcipuorum SS. Patrum & Scriptorum ecclesiasticorum Opera, genuina, dubia, spuria, ad usque Seculum XIV. exclusive exhibens.

SS. PATRES, ET SCRIPTORES ECCLESIASTICI

SECULI I.

Barnabas.	Epistola Catholica apud *Cotelerium* inter Patres Apostolicos, cum Notis *Hugonis Menardi*, & aliorum.
Hermas.	Dictus *Pastor* Libri III. *apud eundem.*
Clemens I. R. P.	Epistola ad Corinthios I. & Fragmentum secundæ. *Ibidem* cum aliis Notis operibus.
Dionysius Areopagita.	Opera eidem adscripta, incertæ ætatis, & Authoritatis. Editio *Veneta.* fol. Tom. II. 1755.
Acta Martyrii S. Andreæ Apost.	A Presbyteris, & Diaconis Achajæ conscripta cum græco Textu edidit, & vindicavit Carolus Christian. *Woog.* Prof. Lipsiensis. 8. Lipsiæ 1749.

S. Igna-

	SECULI II.
S. Ignatius M. Antiochenus An. 107 - 110.	VII. Epiſtolæ genuinæ 1. ad Epheſios. 2. Ad Magneſianos. 3 Ad Trallianos. 4. Ad Romanos. 5. Ad Philadelphicos. 6. Ad Smyrnenſes. 7. Ad Polycarpum. Apud *Cotelerium*, reliquæ ſpuriæ, aut interpolatæ.
S. Simeonis Epiſc. Jeroſolym.	Paſſio apud *Euſebium* & *Ruinart* inter Acta ſincera SS. Martyrum.
S. Ignatii	Martyrium, apud *Cotelerium.*
S. Polycarpus An. 167.	Epiſtola ad Philippenſes. *apud eundem.*
Smyrnenſis Eccleſiæ.	Epiſtola de Martyro S. Polycarpi. apud eundem.
S. Symphoroſæ S. Felicitatis MM.	Acta Martyrii apud *Ruinart* in Actis ſinceris SS. Martyrum nov. Edit. *Veronenſ.*
Juſtinus M. An. 168.	Oratio ad græcos. Cohortatio ad græcos. Liber de Monarchia. Apologia prima & ſecunda pro Chriſtianis. Dialogus cum Tryphone. Epiſtola ad Diognetum. Fragmenta operum deperditorum. Martyrium ejusdem. *Spuria, & dubia.* Epiſtola ad Zenam, & Serenum. Expoſitio rectæ Confeſſio-

	nis. Quæſtiones, & Reſponſiones ad Orthodoxos. Quæſtiones Chriſtianæ ad græcos. Quæſtiones græcorum ad Chriſtianos. Quorumdam Ariſtotelis dogmatum Confutatio. Editio Optima. *D. Prudentii Maran* O. S. B. Congr. S. Mauri.
Tatianus	Oratio adverſus græcos.
Athenagoras.	Legatio pro Chriſtianis. Liber de Reſurrectione.
S. Theophilus Antiochenus.	Libri tres ad Autolyeum.
Hermias	Philoſophus, gentilium Philoſophorum Irriſio. Quatuor horum opera exſtant in citata Editione Juſtini.
Conſtitutiones Apoſtolicæ	Libri VIII. apud *Cotelerium*, ad medium hujus ſeculi, referuntur, & vindicantur ad Gulielmo *Beveregio* Anglo.
S. Iræneus an. 199.	Libri V. adverſus Hæreſes, optime editi a Renato *Maſſueto* O. S. B. Congr. S. Mauri, recuſa Venetiis cum Fragmentis ab Erudito *P. Foſſio* e Bibliotheca Taurinenſi erutis.

Secu-

	SECULI III.
Clemens Alexandrinus 220. circ.	Cohortatio ad gentes. Pœdagogus Libri III. Stromatum Libri VIII. Quis dives ſalvetur Fragmenta. Editio noviſſima *Potteri*, Epiſcopi Oxonienſis, adcurate recuſa Venetiis. fol. Tom. II. Typis Zattianis.
Tertullianus Afer. 220.	Scripta ante lapſum. De Pœnitentia. Baptiſmo. Oratione. Pœnitentia. Libri II. ad Uxorem. De Habitu muliebri. De cultu feminarum. De ſpectaculis. De Idololatria. De velandis Virginibus. *Poſt lapſum.* De Corona militis. Exhortatio ad Martyres. Apologeticus adverſus gentes. De Exhortatione ad Caſtitatem. De Teſtimonio Animæ. Adverſus Hermogenem. Contra Valentinianos. De fuga in perſecutione Libri V. contra Marcionem. De Præſcriptionibus adverſus Hæreticos. De Anima. Scorpiacum ad Gnoſticos. De Pallio. Adverſus Judæos. De Carne Chriſti. De Reſurrectione Carnis Lib. II. adverſus gentes. Adverſus Praxeam.

	xeam. Ad Scapulam. De Monogamia. De Jejuniis. De Pudicitia. *Spuria.* Lib. de Trinitate. De Cibis Judaicis. Poëmata. Editio *Rigaltii* & *Priorii*.
Minutius Felix. 220.	Dialogus inſcriptus *Octavius*.
S. Cyprianus Epiſc. Carthag. 247.	Epiſtolæ LXXXIII. Liber de Habitu Virginum. De Lapſis. De Unitate Eccleſiæ. De oratione dominica. Ad Demetrianum de Idolorum vanitate. De Mortalitate. De opere & Eleemoſinis. De Bono Patientiæ. De Zelo & Livore. De Exhortatione Martyrii. Libri III. Teſtimoniorum adverſus Judæos. *Dubia.* Liber de ſpectaculis. De Laude Martyrii. *Subpoſita.* De Rebaptiſmate. De Diſciplina, & Bono Pudicitiæ. Ad Novatianum hæreticum, quod lapſis ſpes veniæ non eſt deneganda. De Aleatoribus. De Montibus

	tibus Sina, & Sion. Oratio pro Martyribus. Oratio, quam ſub die Paſſionis ſuæ dixit. De noviſſimis verbis Domini in cruce. De Cardinalibus Chriſti operibus. Carmina. De ſingularitate Clericorum. Expoſitio in Symbolum Apoſtol. De Judaica incredulitate. Tractatus adverſus Judæos. De revelatione Capitis B. Joannis Baptiſtæ. De duplici Martyrio. De duodecim abuſionibus ſeculi. Cœna. Confeſſio S. Cypriani. Inter Editiones præſtat illa *Baluzii*, a Prudentio *Maran* ſubpleta, & *Felli* Oxonienſis.
Poncius Diaconus.	Vita, & Paſſio S. Cypriani. *Inter Opera.*
Cornelius.	Epiſtolæ, inter Cyprianicas.
Julius Africanus. 232.	Epiſtola ad Origenem de Hiſtoria Suſannæ *apud Originem Tom. I. opp. pag.* 10. Chronicon.
Origenes 254.	*Tom. I.* Editionis PP. Maurianorum. Epiſtolæ. Fragmenta de Reſurrectione. Fragmenta ex Libris X. Stromatum. Libri IV. de Principiis. De Oratione. Exhortatio ad Martyrium. Libri VIII. contra Celſum.

Dubia vel ſpuria.

Origenes. Dialogus de recta in Deum fide Philoſophumena.

Tom. II. Commentaria in Geneſin. Homiliæ XVII. in Geneſin. Commentaria & Homiliæ in Exodum. Selecta & Homiliæ XVI. in Levit. Selecta, & Homiliæ XXVIII. in Numeros. Selecta in Deuteronomium. Selecta & Homiliæ XXVI. in Joſue. Selecta & Homiliæ IX. in Judicum, in Ruth, & Libros Regum. Selecta in Pſalmos.

Spuria.

Libri II. in Jobum.

Tom. III. Fragmenta in Proverbia Salomonis. In Canticum Canticorum Libri IV. In Prophetas majores, & Oſeam. Commentarii in Matthæum Tomi XVII. & ſeries Commentariorum veteris Interpretis. Homiliæ XXXIX. in Lucam.

Tom. IV. Pars I. Expoſitiones in S. Joannem. Fragmentum Homiliæ in Acta Apoſtolorum. Commentarii in Epiſt. Pauli ad Romanos. Fragmenta Commentar. in Epiſt. ad Galatas, Ephe-

	Ephesios, Colossenses, Thessalonicenses, Titum, Philemonem, Hebræos. *Pars II.* Apologia Pamphili Martyris pro Origene. Liber Rufini de corruptis Origenis operibus. S. Gregorii Thaumaturgi Panegyricus in eundem. Origeniana *Huetii*, Episcopi Abrincensis.
S. Hyppolytus Ep. M. 222.	Liber de Antichristo. Canon Pascalis. Fragmentum Libri de Pascate. Chronicon. Demonstratio adversus Judæos. Adversus gentes, & speciatim Platonem de caussa universi. Adversus XXXII. Hæreses. Contra Beronem & Helicen. Contra Noëtum. Fragmenta. De Charismatibus Traditio Apostolica. Homilia in Theophania. Narratio de Virgine Corinthiaca, & quodam Magistriano. *Editio Alberti Fabraii.* fol.
	Spuria.
	De consummatione Mundi, & Antichristo. De XII. Apostolis. De LXX. Apostolis.

S. Gregorius Neocæsar. 270.	Panegyricus ad Origenem. Metaphrasis in Ecclesiasten. Epistola canonica. Expositio fidei.
Sixtus II. R. P. 258.	E Philosopho Christianus. Scripsit Enchiridion CCCCLXV. Sententiarum, editum & Authori suo erudite vindicatum ab Urbano Ernesto *Sibero* Professore Lipsiensi. 4. Lipsiæ 1725.
S. Dionysius Alexandrin. 264.	Epistola ad Basilidem.
S. Methodius Ep. Tyrius 290.	Symposium X. Virginum. De libro arbitrio. vid. Leo *Allatius* in diatribe de Methodiis.
Archelaus Episc. Mesopotam. 278.	Disputatio contra Manetem. Inter opera S. *Hypoliti*. Tom II. *Fabricii* & apud Henricum *Valesium* post Historiam *Sozomeni*.
S. Victorinus Episc. Petavionensis.	Tractatus de fabrica Mundi. Periit Commentarius in Apocalypsin.
	SECULI IV.
S. Petrus Alexandrinus 311.	Canones de Pœnitentia.
Alexander Alexandrinus.	Epistola encyclica ad Episcopos, & alia contra Arium.

Arnobius latinus.	Libri VIII. adverſus gentes. Commentarius in Pſalmos ſpurius.
Lactantius Firmianus. 325.	Divinarum Inſtitutionum Libri VII. De Ira Dei. De opificio Dei. De Mortibus Perſecutorum. Epitome divinarum Inſtitutionum.
	Dubia.
Latinus.	Carmen de Phœnice. Fragmentum de extremo Judicio. Utor Editione *Walchii.*
Euſtathius Antiochen.	De Engaſtremytho ſeu Pythoniſſa adverſus Origenem. In Hexaëmeron, *ſpurium.*
Euſebius Cæſareenſis 340.	Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lib. X. ex Verſione *Valeſii.* Editio. Taurinenſis Chronicon. Apologia pro Origene. Lib. contra Hieroclen. Lib. XV. de præparatione evangelica. Lib. XX. de demonſtratione Evangelica. Concordia IV. Evangeliſtarum cum Ep. ad Carpianum, Lib. V. contra Marcellum Anegranum. Lib. IV. de Vita Conſtantini M. Panegyricus ejusdem ex Verſione *Valeſii* de locis hebraicis Epiſt. de fide Nicæna.

	Commentarii in Pſalmos. Apud *Montfauçon* collectio nova Patrum & Scriptorum græcorum &c. Paris. fol. Tom I. Expoſitio in Iſaiam Prophetam. ibidem. Tom. II. *Dubia.* Expoſitio in Cantica. De fide ad Sabellium. De Vita Prophetarum. Homiliæ.
Julius Firmicus Maternus lat. 355.	De Errore profanarum Religionum. Jungi ſolet *Minucio Felici*.
S. Hilarius Putavienſis Lat. 360.	Libri XIII. de Trinitate. De Synodis lib III. ad Conſtantium. Libr. adverſus Valentem, & Urſacium. Commentar. in Pſalmos & Matthæ. *Dubia.* Fragmenta. Epiſt. ad Abram filiam ſuam. Editio optima Veronenſis Petri Couſtant. O. S. B. Congr. S. Mauri.
Juvencus Presbyter Hiſpanus 337.	Hiſtoriæ Evangelicæ lib. IV. Carmine heroico, Utor Editione Reuſchii. Librum Geneſis. Edidit *Martene*.

Victo-

Victorinus Afer. 370.	Libri IV. adv. Arium. Defensio vocis Homousios. In Principium Diei. Ad Justinum contra Manichæos. Poema de VII. Machabæis.
Eusebius Episc. Vercellensis. 370.	Epist. tres.
Lucifer Calaritanus. 370.	Lrbri V. contra Arianos pro S. Athanasio.
S. Optatus Episc. Millevitanus 385.	Libri VII. contra Parmenicenum de Schismate Donatistarum. Editio Parisiensis *du Pin.*
S. Athanasius Alexandrinus. 373.	Tractatus contra gentiles. De Incarnatione. Apologeticum ad Imp. Constantium. Lib. IV. contra Arianos. Apologia I. & II. Ep. ad Solitarios. Tractatus historicus ad Solitarios. Liber de Synodis. Expositio fidei suæ. Tractatus de Unione humano naturæ cum verbo. II. Lib. de Incarnatione contra Apollinarem. Tractatus contra Sabellianos. De Divinitate Spiritus S. Compendium S. Scripturæ. Vita S. Antonii. Collationes, Epistolæ, & Sermones quam plures.

S. Athanas.	res. Editio *Montefalconii* e Congreg. S. Mauri. Opuscula quaedam Serius reperta exstant in collectione nova Patrum & Scriptorum ejusdem *D. Montfaucon. Paris* 1706. Tom. II. *Dubia & Spuria.* Tractat. de Incarnatione. Contra Paulum Samosat. Refutatio hypocrisis Meletii. Tract. de Virginitate. De Testimoniis Scripturae pro SS. Trinitate. Symbolum *Quicunque*. Vita S. Syneleticae. Expositio Fidei de Incarnatione. Disputatio contra Arium, & alia plura.
S. Ephrem Syrus. 378.	Sermones varii. Testamentum. Editio *Assemanni.*
S. Basilius Episc. Caesareensis. 379.	Tom. I. Vita Sancti Basilii. Homiliae in Hexaëmeron. XIII. Homiliae in Psalmos. Libri V. contra Eunomium de Spiritu S. *Tom. II.* Tractatus Moralis & monastici. De Vita monastica. Regulae longiores & breviores. Constitutiones. De Poenis Monachorum. Libri II. de Baptismo. *Tom. III.* Liber de Spiritu S. Ad Amphilochium CCCLXV. Epi-

	Epiſtolæ. Homiliæ aliquot. Tract. de Virginitate, qui eidem abjudicatur. Editio D. Juliani *Garnier* e Congr. S. Mauri. *Dubia.* Commentarii in Iſaiam & Pſalmos. Panegyricus de S. Barlaam. Sermo de conſolatione. Admonitio ad filium Spiritualem. De Laudibus Vitæ Solitariæ. Tres Liturgiæ. Grammatica.
S. Pacianus Epiſc. Barcinonenſis lat. 380.	Epiſt. III. ad Novatianos. L. de Baptiſmo. Paræneſis ad Pœnitentiam.
S. Cyrillus Jeroſolymitanus. 386.	XVIII. Catecheſes ad Catechumenos. Et V. muſtagogicæ ad illuminandos. Epiſtola de apparitione Chriſti. Editio *Tœattœi* e Congr. S. Mauri. *Dubia & Spuria.* Sermo de occurſu Domini. Epiſtola ad Auguſtinum.
S. Damaſus R. P. lat. 384.	Epiſtolæ II. ad Hieronym. I. Ad Epiſcopos Illyrici. I. Ad Orientales. I. Ad Paulinum de Vitali & Anathematiſmi ad eundem. *Editio Merenda.*

Dubia.

	Dubia. Epiſtolæ Decretales apud Iſidorum, & Gratianum. Una ad Hieronym. Poemata, Epigrammata, Epitaphia.
Philaſtrius Ep. Brixienſis. 387.	Liber de Hæreſibus. Editio *Fabricii.* Card. *Quirini.*
S. Gregorius Ep. Nazianzenus. 390.	XL. Sermones. CCXLII. Epiſtolæ. Carmina varia. Teſtamentum.
	Dubia. Sermones XLVII. L. Paraphraſis in Eccleſiaſten. Tragœdia Chriſtus Patiens. Exſpectatur nova Editio a D. *Clemence*, Congreg. S. Mauri.
S. Gregorius Nyſſenus. 395.	Hexaëmeron. De Hominis opificio. De vita Moyſis. De Pythoniſſa. In Pſalmorum inſcriptiones. Homil. in Pſalm. ſextum. Super Eccleſiaſten, & Cantica. Lib. XII. contra Eunomium. Catecheſis major. De fide ad Simplicium. Sermo de Abraham, ſeu de Divinitate filii, & Spiritus ſancti. De Trinitate. Tract. ad Euſtatium. De differentia Naturæ & Hypoſtaſis. De divi-

	divinis notionibus. Contra Apollinarem. Contra Manichæos. De Anima. De Anima, & resurrectione. De morte præmatura Infantum. Sermones. Panegyres. Epistola Vita S. Gregorii Taumaturgi. *Dubia.* Ep. Canonica ad Letojum. Tractatus latinus complectens textus V. & N. Testamenti ad probandam Divinitatem. Liber de Virginitate
S. Phæbadius Episc. Agenensis. lat. 395.	Liber contra secundam formulam Sirmiensem.
S. Amphilochius Episc. Icon. 395.	Epistola Synodica. *Dubia.* Vita S. Basilii Magni. Editio *Combefis.*
Didymus Cæcus Alexandrinus. 396.	Lib. de Spiritu S. Commentarius in omnes Epistolas Canonicas. Contra Manichæos.
S. Ambrosius Ep. Mediolan. lat.	Hexaëmeron. De Paradiso terrestri. De Cain, & Abel. De Noe, & Arca. De Abraham

ham

S. Ambros. 397. hamPatriarcha. De Isaac &Anima. De Bono Mortis. De fuga sæculi. De Jacob, & vita beata. De Joseph Patr. De Benedictionibus Patriarcharum. De Elia & Jejunio. De Naboth. De Tobia. Lib. IV. de Interpellatione Job, & David. Apologiæ duæ Davidis. Homiliæ in Psalmos. Expositio in Psalm. 118. In Evangelium S. Lucæ. Lib. III. de officiis. Lib. III. de Virginibus. De Viduis. De Institutione Virginis. Exhortatio Virginitatis. De Mysteriis. De Sacramentis. Lib. II. de Pœnitentia. Lib. V. de fide. Lib. III. de Spiritu S. De Incarnatione. Lib. VIII. Epistol. Lib. II. de Excessu fratris sui Satyri. Oratio funebris de Valentiniano, & Theodosio Imp. Hymni. *Editio Mauriana.*

Dubia & spuria.

Commentarius in Cantica. Tract. de lapsu Virginis. Sermones de Tempore, & festis. Sermo de dignitate naturæ humanæ. Sermo de arbore vetita. Tract. de XLII. Mansionibus. Commentarius in epistolas Pauli.

In

In Apocalypsin. Concordia Evangelistarum circa genealogiam Christi. Tract. de Symbolo. De Divinitate filii. De Mysterio Pascæ. Sermo ad Virginem sacram. Lib. de vocatione gentium. Epist. ad Demetriadem. Epp. aliæ de Dignitate sacerdotali. De conflictu virtutum & vitiorum. Expositio fidei. Tract. de Spiritu S. Lib. de Pœnitentia. Historia de vita & moribus Brachmanorum.

SECULI V.

S. Epiphanius. 403.	Ancoratum contra Hæreses. Cum anacephalæosi. Panarium. De Ponderibus & mensuris. De Gemmis Aaronicis. De vita, & Morte Prophetarum. Epistola ad Joannem Jerosolymitanum. Editio *Petavii*.
	Dubia.
	De Mysteriis Numerorum. VIII. Homiliæ.
S. Joannes Chrysostomus. 407.	*Tom. I.* Edit. *Montefalconii*, Congr. S. Mauri. Sermones ad Theodorum. Lib. III. adversus

S. Joannes Chrysost.

vitæ monasticæ obtrectatores. Comparatio Regis & Monachi. L. II. de compunctione Cordis. Lib. III. de Providentia. L. II. de Cohabitatione Clericorum & Mulierum. Tract. de Virginitate. Lib. II. ad Viduam Juvenem. Lib. VI. de Sacerdotio. Homilia in sua ordinatione. Homiliæ contra Anomæos. Contra Judæos, & gentiles. Homil. VIII. contra Judæos. Orationes de Anathemate. Contra Xenia. Hom. VII. de Lazaro.

Tom. II. Homiliæ seu conciones XXI. de Statuis. II. Instructiones ad Catechumenos. Homil. de Diabolo. De Nativ. & Bapt. Christi. De proditione Judæ. De Cruce, & Cæmeterio. De Cruce, & bono Latrone. De Resurrectione Mortuorum. De Resurrectione Christi. De Ascensione, Pentecoste. Panegyrici in S. Paulum, & alios Sanctos.

Tom. III. Homil. XXXIV. in varios locos V. T. de Tumultibus Constantinopoli exortis, & de suo duplici Exilio. Epistolæ, quarum illa ad Cæsarium Monachum.

Dubia.

Dubia.

S. Joannes Chrysoſt.

Tom. IV. Homil. & Sermones in Geneſin. De Anna, & Saule.

Tom. V. Expoſitiones in Pſalmos.

Tom. VI Homil. In Iſaiam. Jerem. De obſcuritate Prophet. In Daniel. In S. Joannem. Conciones de Melchiſedech. De Spectris. Compendium V. & N. T.

Spuria.

Homiliæ VI. de creatione. Opus imperfectum in Matthæum.

Tom. VII. Hom. XC. in Matthæum.

Tom. VIII. Hom. LXXXVIII. in Joannem.

Tom. IX. Hom. in Acta Apoſtol. in Epiſt. ad Rom.

Tom. X. Homil. in Ep. I. & II. ad Corinth. ad Galat.

Tom. XI. Homil. in Ep. ad Epheſ. Philipp. Coloſs. Theſſalonic. Timoth. Titum. Philemon.

Tom. XII. Hom. in Ep. ad Hæbreos. Homil. II. recens editæ. Eclogæ. Liturgia.

Tom. XIII. Vita S. Chryſoſtomi & alia.

Rufinus Aquileienſis lat. 410.	Libri II. Hiſtor. eccleſ. Lib. II. de Benedictionibus Jacobi Patr. Invectiva contra S. Hieronym. Expoſitio Symboli ad Laurent. Apologiæ II. pro Origene, & I. ad Anaſtaſium. Commentar. in Oſeam, Joel, Amos. Græcorum ſcriptorum verſiones variæ. *Dubia.* Commentar. in LXXV. Pſalmos priores. Profeſſio & Libellus Fidei.
Prudentius Quintus Aurel. Clemens lat. 410.	Pſychomachia, ſeu pugna animæ. Cathemerinæ, ſeu Poëmata de officiis quotidianis. Hymnus de Coronis. Apotheoſis, ſeu de Divinitate. Hamadigenia, ſeu de origine peccatorum contra Marcionem. Lib. II. ad Symmachum contra Idololatriam. Synopſis Hiſtoriarum Vet. & N. Teſtam.
Gaudentius Ep. Brixienſis lat. 410.	Sermones XIX. Tractatus IV. Vita S. Philaſtrii. Edit. *Muratorii.*
Theophilus Alexandrin. 412.	III. Epiſt. Paſcales. Tres aliæ, non nulla fragmenta.

Syne-

Synefius Ep. Ptolomaid. 412.	Sermo de Regno. Alius ad Peonium. L. Dio Prufius. Encomium Calvitii. Lib. II. de providentia. Lib. de Infomniis. LV. Epiftolæ.
S. Innocentius I. R. P. 417.	Epiftolæ XXXIX. XXX. Spuria.
S. Zofimus. R. P. 418.	Epiftolæ XIII. ad Byzacenos. *Dubia.*
Palladius 421.	Hiftoria Caufiaca. Vita S. Joannis Chryfoftomi.
S. Hieronymus 420.	*Tom. I.* Edit. P. *Martianay* Congr. S. Mauri. Bibliotheca divina complectens translationes latinas V. & N. T. cum ex hebraicis tum e græcis fontibus derivatas. *Tom. II.* Etymologica, geographica, Quæftiones hebraicæ. Epiftolæ. Commentarii in S.Scripturam a Genefi usque ad Prophetas. *Tom.III.* Commentarii in XVI. Prophet. majores, & minores. *Tom. IV.* Pars I. Commentar. in N. T. Epiftolæ. Pars II. Apologetica, & Polemica; funt autem fequentia. De perpetua Virginitate Deiparæ contra Helvidium. Lib. II. de defenfione Virginitatis adverfus Jovi-

S. Hieronymus.

Jovinianum. Apologia adverſus eundem. Apologeticon adverſus defenſorem Joviniani. Velitatio contra Errores Vigilantii. Adverſus eundem de Vigiliis ad Sepulcra MM. Adverſus Vigilantii convitia. Adverſus Errores Montani. De Hæreſibus expugnandis ad Ripuarium. Dialogi contra Luciferianos. Adverſus Arianorum Hypoſtaſes. Adverſus eosdem de ſua fide. De Erroribus Origenis. De Lectione Origenis. De oppreſſione Origeniſtarum per Theophilum. Adverſus Origeniſtas ad Pamachium. Adv. Pelagianos. Dialogi contra eosdem. De Pelagianis oppreſſis. Contra Joannem Hieroſolymitanum ad Pamachium & Theophilum. Expoſtulatio cum Rufino. Apologiæ duæ contra eundem. Reſponſio ad duas Invectivas ejusdem. Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Tom. V. Vita S. Hieronymi, & opera ſpuria, quæ ſunt Quæſtiones in Lib. Regum, & Paralypomenon. Explicatio locorum, quæ occurrunt in actis Apoſtol. Commentarius in Threnos Jeremiæ. L. notarum in S. Marcum. Comment. in Job. Comment. in

Ep.

S. Hieronymus. | Ep. Pauli, qui eſt *Pelagii.* Epiſtola ad Demetriadem &c.

Editionis Veronenſis de An. 1734 -- 42.

Tom. I. Epiſtolæ CXLVII. genuinæ, & aliorum ad eum.

Spuriæ.

Epiſt. ad Celantiam. De ſolemnitatibus Paſchæ. Procopii græcæ & Latinæ.

Tom. II. Vita S. Pauli, Hilarionis, Malehi. Regula S. Pachomii & Theodorici. Liber Didymi de Sp. S. Polemica, & Apologetica, ut ſupra. Lib. de Viris illuſtribus, ſeu Scriptoribus eccleſ.

Tom. III. Lib. de Nom. hebr. De Sitæ & nominibus Locor. hebr. L. Quæſt. hebraic. Commentar. in Eccleſiaſten. Homiliæ Origenis in Cant.

Appendix I.

V. Fragmenta græca Libr. de Nom. hebr. Lexicon græcum nominum hebr. Excerpta ex operibus Philonis, & Joſephi Judæorum.

S. Hieronymus.

Appendix II.

Liber nominum ex Actis. De hebraico Alphabeto. De Benedictionibus Jacob Patr. De X. Tentationibus in deserto. In Canticum Debborae. Quaestion. hebr. in Libros Regum, in Psalmos. Expositio in Job.

Tom. IV. Libr. XVIII. Com. in Isaiam Lib. VI. Comment. in Jeremiam.

Appendix.

Originis Homiliae IX. in Isaiam. Parvula adbreviatio in Isaiam.

Tom. V. Libr. XVI. Comment. in Ezechiel. Lib. I. Comment. in Daniel. Originis Hom. XXVIII. in Jerem. & Ezechiel.

Tom. VI Commentarii in XII. Prophetas minores.

Tom. VII. L. IV. Comment. in Matthaeum. Originis XXXIX. Homil. in Lucam ab Hieronymo translatae. L. III. Comment. in Epist. Pauli ad Galat. L. II. ad ad Ephes. L. I. ad Titum. Lib. I. ad Philemon.

Tom. VIII. Chronicon Eusebii, Hieronymi, Prosperi.

Tom. IX. Bibliotheca divina, seu

S. Hieronymus.

ſeu ſacra Scriptura ab Hieronymo translata. Primus Ordo Legis a Geneſi ad Joſue. Secundus Ordo Prophetarum a Joſue ad Job. Tertius Ordo Hagiographorum a Job ad Heſter.

Tom. X. Bibliothecæ Pars II. ſeu Libri extra Canonem Hebræorum Tobias. Judith. Liber Job. Pſalterium duplex. Præfat. in Libr. Paralipom. In Libr. Salomonis.

Appendix ex Vulgata.

Liber Sapientiæ. Eccleſiaſtici. Duo Machabæorum. Bibliothecæ Divinæ Pars III. IV. Evangelia. Actus Apoſt. Epiſt. XIV. S. Pauli. VII. Canonicæ. Apocalypſis S. Joannis.

Tom. XI. Continentur falſo adſcripta Hieronymo. Epiſt. ad Demetriadem, diverſa ab altera genuina ad eandem de ſervanda Virginitate. Ad Geruntii filias. Ad Marcellam, ut adverſa tolleret. Ad Virginem in Exſilium miſſam. Ad Amicum ægrotum. Ad Amicum ægrotum de Viro perfecto. Ad Amicum de Scientia Divina Legis. De tribus Virtutibus Homilia. Ad

S. Hieronymus. | Paulam & Euftochium de Affumtione B. M. V. D. Affumtione B. M. V. Sermo de honorandis Parentibus. De feptem Ordinibus Ecclefiæ. Virginitatis Laus. De his, quæ Deo in fanctis Scripturis attribuuntur. Damafi Symbolum. Symboli Explanatio ad Damafum. Explanatio Fidei ad Cyrillum. Ad Præfidium de Cereo Pafchali. De vera Circumcifione. Ad Sufannam lapfam. In Evagrium objurgatio. Ad militem Sæculi, ut Chrifto militet. Explanatio in Pfalmum XLI. & CXVII. Ad Dardanum de diverfis generibus Muficorum. De Refurrectione, Nativitate, Epiphania Domini. De Quadragefima. De efu Agni. De Refurrectione Domini. Ad Euftochium de Vinculis B. Petri. De obfervatione Vigiliarum. Ad Pammachium, & Oceanum Exhortatio. Ad quemdam, qui in Sæculo pœnitebat. De diverfis generibus leprarum. De duobus filiis, frugi, & luxuriofo. Valerius Ruffino, nec ducat Uxorem. Dialogus Hieronymi, & Auguftini de origine animarum. De Corpore, & Sanquine Chrifti. Super Evangelium Matthæi.

S. Hieronymus.

thæi. Ad Thyrasium super morte filiæ. Ad Oceanum de ferendis Opprobriis. Ad eundem de Vita Clericorum. Ad Damasum de Oblationibus Altaris. * Damasi ad Hieronymum, & * Hieronymi ad Damasum de Gestis Pontificium. Damasus Hieronymo, & Hieronymus Damaso de Psalmorum emendatione. Chromatii & Heliodori ad Hieronymum, & Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum de Nativitate B. M. V. Ad Paulam & Eustochium de Virtute Psalmorum. Eusebius de morte Hieronymi ad Damasum. Augustinus ad Cyrillum de Magnificentiis B. Hieronymi. Cyrillus ad Augustinum de miraculis B. Hieronymi.

* Ad Augustinum, huc primum a Benedictinis adscita. * Ad Monachos inedita. Regula Monachorum a Lupo de Olmeto collecta. Regula Monachorum.

* Canones Pœnitentiales secundum Hieronymum.

* Martyrologium Hieronymianum, præfixis epistolis Chromatii & Heliodori ad Hieronymum, & Hieronymi ad eosdem.

* Li-

	* Liber Comitis, præfixa epiſtola ad Conſtantium. Commentarii in Job. In Lamentationes Jeremiæ de alphabeto. * Expoſitio Evangeliorum de veteri proverbio edita primum a Martianæo. * In Marcum. * Lucam, & * Joannem. Commentarii in Evangelium ſecundum Marcum. Præſatio Commentarii in Evangelium ſecundum Lucam. Commentarii in omnes Pauli Epiſtolas, quæ ſunt Pelagii.
Paulus Oroſius.	Hiſtoria Univerſalis Libri VII. adverſus Paganos. Apologeticum contra Pelagianos. Editio Sigeberti *Havercampi*.
Severus Sulpicius. 420.	Hiſtoria Sacra ab origine Mundi ad An. Chr. 400. Vita S. Martini Turon. III. Epiſt de morte, & virtutibus ejus. III. Dialogi. VII. Epiſtola. Editio Veronenſis 1741. - 54.
S. Auguſtinus Epiſc. 430.	*Tom. I.* Edit. PP. Maurianorum. O. S. B. L. II. Retract. XIII. Confeſſionum. III. contra Academicos. Tr. de Beatitudine II. de oratione. II. ſolioq. Tr. de Immortalitate animæ. De Quantitate Anima. II. de Muſica. I. de Magiſtro. III. de lib. arbit. II. de Geneſi contra

tra

S. Augustinus. tra Manichaeos. I. de Moribus Ecclesiae. De Moribus Manich. De vera Religione. Regula.

Sublestae fidei.

De Grammatica. Dialectica. Categoriae. Rhetorica. Regulae Monasticae.

Tom. II. CCLXX. Epistolae in quatuor classes divisae.

Subposita.

Epist. ad Bonifacium, & hujus ad Augustinum. Ad Demetriadem. Ad Cyrillum Jerosolymitanum. Disputatio cum Pascentio.

Tom. III. Lib. IV. de Doctrina Christiana. Opus imperfectum in Genes. L. XII. in Genes. Lib. VII. de vocabulis S. Scripturae. L. VII. Quaest. in VII. priores lib. S. Scriptor. Notae in Job. Speculum. L. IV. de Concordia Evangelistarum. De Sermonibus Domini in monte. L. II. Quaest. in Evangel. Matth. & Lucae. XVII. Quaest. in Evang. Matthaei *dubiae*. Tract. CXXIV. in S. Joannem. Hom. X. in Ep. I. S. Joannis. Explicatio quorumdam

S. Augustinus.

rumdam Locor. Ep. ad Rom. Comment. imperfect. in Ep. ad Rom. Com. in Ep. ad Galat.

Spuria.

Tract. de Mirabilibus S. Scripturæ. De Benedictionibus Patr. Jacob. Quæst. V. & N. Test. Explicatio Apocalypseos.

Tom. IV. Tractatus in Psalmos.

Tom. V. Sermones CVIII. in varios locos V. & N. T. Sermones LXXXVIII. de tempore. LXIX. de sanctis. XXIII. de diversis. Fragmenta sermonum.

In Appendice.

Sermones dubii, & subpositi.

Tom. VI. Responsiones ad LXXXIII. Quæst. L. II. Quæst. ad Simplicianum. Resp. ad VIII. Quæst. Dulcitii. Tract. de creatione Rerum. Expositio Symboli. Tr. de fide & bonis operibus. Manuale ad Laurent. De Agone Christiani. L. Instruct. De Continentia. De Bono conjug. De Virginitate. De Bono viduitatis. L. de Matrim. & adulterio. L. de Mendacio. L. Contra

S. Augustinus.

Contra Mendacium. De opere Monachorum. Contra prædictiones dæmonum. De Cura pro mortuis. De Patientia. Sermo de Symbolo.

In Appendice.

Sermo. De Symbolo. De quarta feria. De diluvio. De Persecutione Barbarorum. De Cantico novo. De disciplina & Utilitate Jejunii. De occupatione Romæ. Collectio XXI. Quæst. LXV. Quæst. L. de Fide ad Petrum. Tr. de amicitia. L. De substantia animæ. De amore Dei. Soliloquia. L. Meditationum. Tr. de compunctione cordis. Manuale. Speculum. Speculum Peccatoris. Scala Paradisi. Tr de cognitione vitæ. L. de vita Christiana. L. documentor. salutar. De XII. abusibus sæculi. Conflictus virtutum & vitiorum. L. de sobrietate & Charitate. L. de vera & falsa pœnitentia. Tr. de Antichristo. Tr. super *Magnificat*. De assumptione Virginis. Sermo de visitandis infirmis. Serm. ad fratres in Eremo. Sermones alii.

Tom. VII. Libri XXII. de civitate Dei.

Tom.

S. Augustinus.

Tom. VIII. Tr. de Hærefibus ad quod vult Deum. Contra Judæos. De Utilitate credendi. De duabus animabus. Collatio cum Fortunato. Tr. contra Adamantium. Contra Epiſtolam fundamenti Manich. L. XXXIII. contra Fauſtum Manich. Collatio cum Felice. Tr. de Natura Boni. L. Contra Secundinum. L. II. contra adverſarium Legis & Prophetarum. Tr. contra Priſcillian & Origeniſt. Reſponſio ad Arianum. Collatio contra Maximinum. L. XV. de Trinitate.

In Appendice.

Sermo de quinque Hæreſibus. Proceſſus Eccleſiæ, & Synagogæ. L. de fide. De modo recipiendi Manichæos. L. de unitate Trinitatis. De Eſſentia Divinitatis. Dialogus de unitate Sanctæ Trinitatis. L. de Eccleſiaſt. dogmatibus.

Tom. IX. Proſa contra Donatiſtas. L. III. contra Epiſt. Parmeniani. Lib. VII. de Baptiſmo. L. III. contra Petilianum. Epiſtola ad Catholicos contra Petilianum. L. IV. contra Creſcentium.

S. Augustinus.

ſcentium. L. de unico Baptiſmo contra Petilianum. Compendium Collationis Carthagin. Scriptum ad Donatiſt. poſt collationem Carthag. Collatio cum Emerito. L. contra Gaudentium.

Dubia.

Sermo concernens Ruſticianum. L. contra Fulgentium.

Tom. X. L. III. De Peccat. Meritis & remiſſione. L. de Spiritu & littera. Tr. de Natura, & gratia. L. de actis Pelagii. Tr. de gratia Chriſti. Tr. de Peccato originali. De Perfectione Juſtitiæ. L. II. de Nuptiis, & concupiſcentia. L. VI. contra Julianum. L. IV. ad Bonifacium. L. de gratia & libero arbitrio. L. de correptione & gratia. L. de Prædeſtinatione ſanctorum. L. de dono Perſeverantiæ. Lib. VI. operis ſecundi contra Julianum. Tr. IV. de origine animæ.

In Appendice.

Hypognoſticon. De Prædeſtinatione, & gratia. Tr. de Prædeſtinatione.

Socrates Sozomenus Philoſtorgius	Hiſtoria Eccleſiaſtica. Editio *Valeſii*.
Theodoretus Cyrenſis.	Hiſtoria Eccleſiaſtica. *Valeſii*. Commentar. in Pentateuchum. Super omnes Pſalmos. In Cantica Canticorum. In Jerem. Ezechiel. Daniel. Et XII. Prophetas minores. In Epiſtolas S. Pauli. De vita Monaſtica. Eraniſter, ſeu III. Dialogi. X. Serm. de Providentia. L. V. hæreticarum fabularum. XII. Serm. de curandis græcorum erroribus. Refutatio XII. Capitulorum S. Cyrilli Alex. Epiſtolæ. Editio *Sirmondi* & *Garnier*.
S. Iſidorus Peluſiota.	MMXII. Epiſtolæ.
Poſſidius Diaconus	Vita S. Auguſtini.
S. Cœleſtinus I. R. P. 432.	Epiſtolæ contra Pelagianos. Capitula de gratia. Epiſt. ad Epiſcopos provinciæ Vienenſis, & Narbonenſ. aliæ.
S. Cyrillus Alexandr. 444.	L. XVII. de adorando Deo in Spiritu, & veritate. L. X. contra Julianum Imper. Apoſtatam. Commentar. in Pentateuchum. In Iſaiam, & XII. Prophetas minores.

S. Cyrillus.	nores. In Evang. S. Joannis. Tract. Thesauri. Dialogi VII. de Trinitate, & II. de Incarnatione. Sermo de fide orthodoxa ad Theodosium. Scriptum ad Imperatrices. L. V. contra Nestorium. XII. Capitula, & defensiones. Apologia ad Theodosium. Epistolæ & Sermones contra Nestorium. Tract. contra Antropomorphitas. Homiliæ pascales. Sermones. Epistolæ. Responsa ad Quæstiones Monachorum.
Murius Mercator lat. 458.	II. Commonitoria contra Pelagianos. Observationes in scripta Juliani. Scriptum contra Nestorium. Contra XII. Capitula Nestorii. Editio *Baluzii*, & *Garnierii*. *Gerberon* sub nomine *Rigberii*.
Joannes Cassianus 432.	L. XII. de Institutione Monachorum. XXIV. Collationes. L. VII. de Incarnatione. Editio *Alardi Gazæi* Ord. S. Bened.
S. Leo Magnus R. P. 461.	CXL. Epistolæ. LXXX. Sermones. Editiones *Quesnelli*. *Cacciari*. *Ballerini*.
S. Hilarius Ep. Arelat. 443.	Vita S. Honorati Episcopi Arelat. Poëma in Genesin. Epistola ad Eucherium.

Vincentius Lirinensis 448.	Commonitorium adversus Hæreses. Editio *Baluzii*. Objectiones contra doctrinam S. Augustini de gratia, quibus respondet S. Prosper.
S. Eucherius Lugd. 454.	Tract. de laudibus solitudinis. De contemptu mundi. De formulis spiritualibus ad Veranum. L. II. Instructionum. Sermo de S. Blandina.
S. Prosper Aquitanus 463.	Epistola ad S. Augustinum. De Reliquiis Semipelagianæ Hæreseos in Gallia. Ep. ad Rufinum de grat. & lib. arbit. L. Responsionum ad Capitula Gallorum. Ad Capitula objectionum Vincentii Lirin. Ad excerpta Genuensium. L. de grat. & lib. Arbr. contra Collatorem, h. e. Cassianum. Carmen de Ingratis. Epigrammata III. contra Massilienses. Epigrammatum ex sententiis S. Augustini Spicilegium. Editio Romana *Foggini* utilissima. Commentar. in L. Psalmos posteriores. Chronicon a *Labbeo* editum. *Subpostitia.* Poëma de Providentia. Carmen viri ad uxorem. L. de promiss. & prædiction. divinis. L. II.

	L. II. de vita contemplativa. Confessio Chronicon editum a *Pithœo.* L. II. de vocatione gentium. Epistola ad Demetriadem.
S. Salvianus Massiliens. 485.	L. VIII. de Gubernatione Dei, & de Judicio. L. IV. adversus avaritiam. *Edit. Rittershusii & Baluzii.*
Claudianus Mamertus 473.	Presbyter Viennensis in Gallia L. III. de Natura Animæ.
Idacius 467.	Chronic. ab An. CCCLXXXII-CCCCLXVII. Fasti consulares ab an. CCXLV-CCCCLXVIII.
Gennadius P. C. P. 471.	Commentar. in Daniel. Tract. ad Parthenium. Aliquot Homiliæ.
Faustus Ep. Regiens. 484.	*Semipelagianus.* Tr. de grat. & lib. arbitr. De generatione filii, & Natura animæ. II. Serm. ad Monachos. Sermones alii. Epistolæ ad lucidum Presb. ad gratum. Felicem. Paulinum. V. ad Ruricium.
Apollinaris Sidonius 483.	Tres panegirici. Poemata Epistolæ. Editio *Sirmondi.*
Victor Vitensis seu Tunonensis. 49-	Historia persecutionis Wandalicæ. Editio *Ruinarti* e Congreg. S. Mauri.

Vigilius Ep. Tapsens. 49 -	L. XII. de Trinit. Scriptum contra Varimundum. Tr. contra Felicem. II. Collationes inter Arium, & S. Athanas. L. V. contra Eutychen. Tr. de Fide contra Palladium.
Gelasius I. P. R. 496.	XV. Epist. V. Formularia. Ep. ad Rusticum. Tr. de vinculo Anathematis. Sermo contra Andromachum de Lupercalibus. Tr. contra Pelagianos. Tr. contra Eutychen & Nestor. Decretum de libris Apocryphis.
Pascalis Diaconus. 498.	Lib. II. de divinitate Spiritus S.
Julianus Pomerius. 49 -	L. III. de vita contemplativa.
Gennadius Presbyter Massiliens. 493.	De Scriptoribus Ecclesiasticis. De dogmatibus ecclesiast.
Nemesius Pil. 49 -	Tr. de Natura hominis.
Æneas Gezæus. 49 -	Tr. de Immortalitate animæ, & de Resurrectione.
Gelasius Cyzicenus 49 -	Historia Concilii Nicæni.

SECULI VI.

Alcimus Avitus Ep. Vien. 514.	LXXXVII. Epiſtolæ. Homil. de Rogationibus. Fragmenta Homiliar. & alior. Tract. V. Carmina in Geneſin. Carmen de Virginitat. Collatio cum Gondelbaldo. Editio *Sirmondi.*
Ennodius Ep. 521.	Opera editionis *Sirmondi.*
S. Fulgentius Ep. Ruſpenſis. 533.	Reſponſ. ad objectiones Arianor. L. III. ad Thraſimundum Regem. L. III. ad Monimum. L. II. de remiſſione peccatorum. Epiſt. ad Probam de Virginitate. De Oratione & compunctione cordis. Et aliæ ad diverſos. Fragmentum L. de Trinit. Tract. de divinitate Verbi. De Fide ad Petrum. De Trinit. De Incarnatione. Reſp. ad Quæſt. Ferrandi Diaconi. Reſp. ad V. Quæſt. Tract. ad Reginum. X. Sermones. Editio *Veneta.* 1742. Romana *Foggini* opp. de gratia An. 1760.
Boethius Severinus. 525.	De conſolatione Philoſophiæ. Tr. de duabus Naturis. De Trinitate.
Dionyſius Exiguus. 536.	Collectio Canonum & Decretalium. II. Epiſtolæ de Paſcate. Ad Eugyppium.

Cæsarius Ep. Arelat. 542.	Homiliæ plures. Regula Monialium ad Sororem. Epist. de Castitate. Ad Abbatissam de conversatione Monialium. Testamentum.
Facundus Hermiacensis. 555.	L. XII. pro defensione trium Capitulorum. L. ad Amocianum. Epist. de Condemnatione trium Capitulorum. Editio *Sirmondi.*
Primasius 550.	Commentar. in Apocalyps. In S. Paulum.
Victor Tunnonensis. 565.	Chronicon ab A. CCCCXLIV - DLXV.
Leontius 590.	Tr. de Sectis. L. III. contra Eutychen. Tr. contra Eutichianos. Contra Acephalos. Editio *Canisii Basnage.* Tom. I. Thesaur. Monument.
Venantius Fortunatus 565.	L. IV. de vita S. Martini. L. X. Carminum. Vitæ plurium Sanctorum.
Martinus Bracarensis. 580.	Collectio Canonum. De Modo bene vivendi, seu de IV. virtutibus Cardinalibus.
S. Gregorius Turonens. 595.	L. X. Historiæ Francorum. L. VIII. de Miraculis sanctorum. Vitæ quorundam sanctorum. Editio *Ruinarti* O. S. B.

Joannes Jejunator P. C. P. 596.	Homilia de Pœnitentia. Pœnitential. L. II.
Caſſiodorus Aurel. 563.	L. XII. Epiſtol. Hiſtoria Tripartita. Chronicon. Commentar. in Pſalmos. Inſtitutiones in S. Scripturam. Tr. de Scientiis & artibus liberalibus. Tr. de Anima. Editio *Garetii.* O. S. B. Complexiones in Epiſt. S. Pauli, & Apocalypſin. Editio *Maſſei* Veronenſ. 1720.
Evagrius Scholaſticus 594.	L. VI. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Editio Taurinenſis *Valeſii.*
S. Gregorius M. P. R. 604.	*Tom. I.* Edit. PP. Maurianorum. L. XXXV. Moralium in Job. Homiliæ in Ezechielem. L. II. Homil. in Evangel. *Tom. II.* Paſtorale. L. IV. Dialogorum græco Latin. L. XII. Epiſtolarum. DCCCXL. *Tom. III.* Sacramentarium cum not. *Menardi.* Comment. In L. I. Regum. In Cantica Cantic. In VII. Pſalm. Pœnitentiales. Concordantias Locor. S. Scripturæ. *Tom. IV.* Vita S. Gregorii

	per Paulum, & Joannes Diaconos. San Marthanum.

SECULI VII.

S. Iſidorus Ep. Hiſpal. 636.	L. XX. Etymologiarum. L. III. de diverſitate Nominum. L. I. de natura rerum. Chronicon. Hiſtoria Gothorum. Wandalorum, & Suevorum. Tr. de ſcriptoribus Eccleſ. Vitæ quorundam Sanctor. Prolegomena in S. Scriptur. Notæ in Pentateuch. Joſue. Regum. Esdræ. L. Allegoriarum ſuper octateuchum. Commentar. in Cantica Cant. L. II. contra Judæos. De divinis officiis. Epiſtolæ. Regula Monachorum. L. II. Synonimorum. Tr. de contemptu Mundi. Lamentationes Pœnitentiæ. Collectio ſententiarum S. Gregorii Magni. Preces aliquot. Exſpectatur *Editio nova.* L. de ordine creaturarum, in Spicilegia *Acheriuno.*
Heſychius Hieroſolym. 601.	Commentar. in Levit. II. Homiliæ de B. V. Maria.
Joannes Moſchus. 610.	Pratum ſpirituale.

Epi-

Fredegarius 638.	Epitome, & Chronicon. Editio Ruinart inter opera Gregorii Turonensis.
JoannesPhilopponus 641.	Tract. de opere sex dierum. De Pascate. Tractatus philosophici.
Sophronius P. Jerosol. 629.	Epist. Synodica ad Sergium. IV. Sermones. Vita Mariæ Ægyptiacæ.
S. Maximus Mon. 662.	Vita & acta persecutionis suæ. Quæstiones in S. Scripturam. LXII. Respons. ad totidem Quæst. Expositio Psalmi LIX. Discursus ascetici. CCCC. documenta spiritualia de charitate. CC. documenta dogmat. & œconomica. Scriptum ad Theopemptum. CCXLIII. documenta moralia. XXV. Tract. dogmat. Collatio cum Pyrrho. Tract. de Anima. Epist. V. Dialogi de Trinit. sub nomine S. Athanasii. Mystagogia. Collectio sentent. moralium. Commentarius in opp. Dionysii Areopag. Scholia in S. Gregor. Naz. Calendarium. Editio *Combesis*.
S. Ildephonsus Toletan. 661.	De scriptoribus ecclesiast. De perpetua Virginitate Mariæ. Epistol. apud *Acherii* in Spicilegio.

Marcul-

Marculphus 660.	Formulæ antiquæ.
Julianus Toletanus. 690.	Tract. prognoſticus. Tribus libris comprehenſus. Tract. contra Judæos. Hiſtoria de Wamba.
	SECULI VIII.
Beda Vener. 735.	*De Artibus, & Scientiis.* Grammat. Arithmet. Aſtronomia. Phyſica. Chronologia. Moralis. De Tropis & figuris S. Script. De Cyclo Lunari De Tempore. *Hiſtorica.* Hiſtoria Angelorum. L. V. Tract. de Terra ſancta. De Nom. hebraicis. *In S. Scripturam.* Expoſitio III. cap. priorum Geneſ. Commentar. in Pentateuch. LIV. in II. priores Regum. Quæſtiones in eosdem libros. Expoſitio allegorica in libros Esdræ: in Tobiam. L. III. Com. in Proverb. Salom. L. VII. in Cant. Allegoria de Arca. Comment. in IV. Evangeliſt. Acta Ap. Epiſt. Cathol. & Apocalypſ. Homiliæ & Sermones. Quæſt. & Tract. varii in S. Scripturam. Martyrologium. Edit. *Achery*. Epiſtolæ.

Germa-

Germanus P. C. P. 740.	Tract. de sepultura Domini.
S. Bonifac. Archiepisc. Mogunt. 754.	Epistolæ CVIII Editio *Serrarii*. Statuta Bonifaciana. Tom. X. Spicilegii *Acheriani*. XV. Sermones. Tom. IX. Collect. Monum. *Mactene*.
Andreas Cretensis. 730.	XVII. Panegyrici. Homil. de Nativ. B. V. M. in decollat. S. Joan. Bap.
	Dubia.
	Comment. in Apocalypf. Carmina, & Prosa de festis.
S. Joannes Damascenus 750.	Lib. IV. de fide orthodoxa. Dialogus Orthodoxi, & Manichæi. Tr. de duabus Naturis contra Monothelitas. Tr. de Trisagio contra additionem Petri Fullonis. Tr. de duabus Volunt. Christi. Tr. de Incarnatione, & Trinit. Orat. III. de SS. Imag. Serm. De oratione pro mortuis. Tract. de Similitudine Hominis cum Deo. De Judicio extremo. De Hæresibus. Historia de Barlaam. Lib. Paralell. Sermones. Hymni. Dialectica. Physica. Editio P. le *Quien*.

Ambro-

Ambrosius Autbertus. 778.	Commentar. in Apocalypf. L. de conflictu Virt. & vitior. Commentar. in Psalmos, & Cantica.
Paulus Warmafridus.	Historia Longobardor. de Episcopis Metens. Vita SS. Arnulfi, Mart. Cypriani, Benedicti, Mauri, Scholasticæ, S. Gregorii Magni legenda per annum. Hymnus. *Ut queant laxis.*
Carol. M. Imp.	Capitularia per *Baluz* & *Georgisch*. Libri Carolini de Imaginibus *dubii.*
Alcuinus 804.	Quæstiones in Genes. Exposit. Psalmor. pœnit. Tr. de usu Psalmorum. In Cantica Cantic. In Ecclesiasten. In Evang. S. Joan. Tr. de Trinit. Epist. de Temp. & æternit. Tract. de Anima. L. VII. ad Felicem Urgelitan. Epist. ad Elipandum. Confessio fidei. Hom. De Purificat. De divin. off. Epist. proxime lucem adspiciet nova & & adaucta Editio cura cels. *Princip.* *Abb.* *S.* *Emerani.* Vol. II.
Etherius Ep. Auxam. 79-	Lib. II. contra Elipandum.

Pauli-

Paulinus Aquilejenſ. 804.	Lib. III. contra Elipandum. Inſtructiones ſalutares. Editio *Madriſii.*
Theodulfus Aurelian. 794.	Capitularia ad fratres ſuæ Diœceſis. Tract. de Baptiſmo ad Magnum. Carmina.
Georgius Sincellus	Chronicon.

SECULI IX.

Nicephorus P. C. P. 828.	Hiſtoria Eccleſ. a Morte Mauricii Imp. ad Irenen. Imperatricem. IV. Tract. contra Iconaclaſtas. Epiſtola canonica. Ep. ad Leonem M. aliquot Canones. *Dubia.* Chronologia. Sciometria.
Theodorus Studita 826.	Tract. de cultu Imaginum. CXXXIV. Sermones. Vita S. Platonis. Epiſtolæ. Editio *Sirmondi* Sed exſpectatur nova locupletior *e Cong. S. Mauri.*
Amalarius Fortunatus 418.	De Cæremoniis Baptiſmi.
Eginhardus 839.	Vita Caroli M. Annales. Epiſtolæ. Tract. de cruce. Rela-

tio

	tio de translat. Reliqu. S. Marcellini.
Benedictus Anianens. 821.	Codex, & concordia Regularum monastic.
Smaragdus Abb. 820.	Tract. Via Regia de officio Principis. Sermones in Epist. & Evang. totius anni. Corona Monachorum. Comment. in Regulas S. Benedicti. Relatio Collationis cum Leone P. de processione Spiritus S.
Ansegisus Abb. Luxov 833.	Collectio Capitularium.
Halitgarius Ep. Cumer. 830.	Pœnitentiale Lib. V.
Abogardus Ep. Lugdun. 840.	Tract. contra Felicem Urgelitan. Contra insolentiam Judæorum. L. de Judaicis superstitionibus. Consultatio de Judaicorum Mancipiorum Baptismo. L. contra Legem Gundobaldi. De Commercio Judæorum. De Privilegiis & Juribus Sacerdotii. L. contra insulsam Vulgi opinionem de grandine & Tonitruis, a Magis, & sortilegis excitatis. Respons. ad Fredegisum L. de quorumdam illusione signorum. Ep. ad Matfredum,

Ad

Abogardus.	Ad Lugdunenſes de modo regiminis eccleſiaſtici. L. de divinis ſententiis, ſeu contra probationes vulgares. Tract. de Imaginibus. De diſpenſatione Bonor. eccleſiaſt. Sermo exhortatorius de virtute fidei. Epiſt. de ſpe & timore. L. de divina Pſalmodia. Epiſt. de diviſione Ludovici Pii, & filiorum. Apologia contra Ludovicum Pium pro filiis. Ep. ad Ebbonem. Tr. de correctione Antiphonarii. L. contra Amalarium. Epitaphium Caroli Magni. Verſus in translatione Reliquiarum. Editio *Baluzii*.
Amalarius Diacon. Metenſ. 850.	L. IV. de divinis officiis. Tract. de ordine Antiphonarii. Regulæ pro canonicis, & canoniſſis. V. Epiſtolæ. *Dubia.* Eclogæ ſuper ordinem Romanum.
Haimo Ep. Halberſtad. 853.	Commentar. in Pſalmos. In Prophet. majores, & minor. In Acta Apoſtol. In Epiſtolas Pauli, & Canonicas. In Apocalypſ. Homil. in Evang. Compendium Hiſtoriæ Eccleſiaſt. Tr. de corpore, & ſanguine Domini.

Rhabanus Maurus AE. Moguntinus 856.	Tract. de univerſo, ſeu ſignificatione, & proprietate verbor. Opus Poeticum de S. Cruce. Comment. in omnes fere libros S. Scripturæ. Homil. & Serm. Tr. de allegoriis. L. III. de Inſtructione Clericorum. Tr. de ordine div. Sacramentorum. L. III. de diſciplina Eccleſiaſt. L. II. ad Bonoſum de viſione, & Pœnitentia. Pœnitentiale. Epiſt. canonica ad Heribaldum. Ep. ad Humbertum. De gradibus conſanguinitatis. Tr. de Anima. De vita & moribus Antichriſti. Martyrologium. Carmina. L. III. contra Gotheſchalcum. Tr. de Chorepiſcopis. De reverentia liberorum erga Parentes. Dialogus de computo. Epiſtola canonica ad Reginbaldum. De oblatione filiorum ſecundum Regulam S. Benedicti. Editio *Colvenerii.*
	Dubia.
	L. III. Quæſtion. canon. L. III. de virtutibus & vitiis. Commentar. in Regulam S. Benedicti. Grammatica.

Walafridus Strabo 849.	Gloſſa ordinaria in SS. Biblia. Tract. de cultu Eccleſiaſtico. Relatio de Excidio Jeroſolymæ. Carmina. Vita quorumdam SS. Viſiones Wetini.
Amolo Archiepiſc. Lugdun. 853.	Epiſtolæ, & opuſcula de gratia. Epiſt. ad Theobaldum. Tr. contra Judæos.
Hincmarus Archiepiſc. Rhemenſ. 882.	L. de Prædeſtinatione. Tract. de Prædeſtinatione. Tr. de non trina Deitate. De divortio Lotharii, & Reginæ Theutbergæ. LV. Capitula contra Hincmarum Laudunenſem. Tract. & Epiſtol. diverſæ ad Imperatores, Reges, Pontifices, Epiſcopos. Capitula pro Clericis ſuæ Diœceſeos. Editio *Sirmondi*, & *Cellotii*.
Paſcaſius Ratbertus 865.	Tr. de Corpore & Sanguine Domini. Epiſtola ad Fredegardum. Tr. de Nativ. Jeſu Chriſti. Comment. in Matthæum. in Lament. Jerem. Expoſitio Pſalmi XLIV. Vita Walæ. Editio *Sirmondi*. De Fide, Spe, & Charitate. *Petzii*. Tom. I. Theſaur. Anecdator.
Ratramus Corbejenſ. 868.	Epiſt. contra Librum Hincmari de Prædeſtinatione. Tract. de Prædeſtinatione. Tr. de corp. & ſangui-

	ſanguine Domini. Reſp. ad objectiones græcor. contra Eccleſiam latinam. Tr. de Nativ. Jeſu Chriſti. Tr. de Natura, & Anima.
Prudentius Ep. Trecenſ. 861.	Tr. de Prædeſtinatione contra Joannem Scotum Erigenum. Tr. de Synodo Senonenſi. Epiſt. ad Hincmarum, & Pardulum de gratia.
Florus Diac. Lugdun. 859.	Fragmentum de Prædeſtinatione. Tract. contra Joan. Scotum. Comment. in Epiſt. S. Pauli. Tr. de celebratione Miſſæ. Collectio Canonum. Carmina.
Remigius Archiepiſc. Lugd.	L. contra Hincmarum de tribus Epiſtolis. Contra Capitula Cariſiaca.
Lupus Servatus. 862.	Tract. de III. Quæſt. de Prædeſtinat. De Libertate. De Morte Chriſti. Epiſt. ad Hincmarum, & Pordulum. Epiſt. ad Carolum Calvum. CXXV. Epiſtolæ ad diverſos. Fragment. Epiſt. ad Nicolaum P. R. nomine Wenelonis. Homiliæ. Hymni. Vita quorundam Sanctorum. Editio *Sirmondi*.
Eulogius Cordubenſ. 859.	Vita Martyrum Cordubenſ & Apologia pro iisdem. Inſtructio ad Virgines captivas. Epiſt. de Reliquiis.

Odo

Odo Ep. Belovacenſ.	Tract. contra græcos.
Æneas Ep. Pariſ. 870.	Reſponſ. ad objectiones græcorum.
Angelomus Mon. Luxov.	Stromata, ſeu Commentar. in IV. Lib. Regum & Cant. Cantic. Comment. in Geneſin editus a *Pezio*. Tom. I. Theſaur. Anecdot.
Photius P C. P. 886.	Bibliotheca edita ab Andrea *Schotto*. Nomocanon. Epitome VII. conc. general. Tr. de voluntatibus in Chriſto. De Divinit. & Incarnat. Chriſti. apud Henric. *Caniſium*. Comment. in Epiſtolas S. Pauli. CCXLVIII. Epiſtol. editæ a *Montacutio*. Sermo de Nativ. Mariæ a *Combefiſio*. Epiſtola de officio Principis. Epiſtol. ad P. Aquilejenſem contra Eccleſiam Latinam. VII. Tractatus Theologici. Deſcriptio novæ Eccleſiæ CP.
Ado Archiepiſc. Vien. 879.	Martyrologium. Tr. de Feſtis Apoſtolor. Chronicon ab origine Mundi ad An. DCCCLXXIX. Vita SS. Deſiderii & Theodorici.
Uſuardus Mon. 879.	Martyrologium.

Theodorus Abucara. 877.	Tract. Theolog. de Religione.
Anaſtaſius Bibliothec. 886.	Vita Rom. Pontificum. Hiſtoria Eccleſiaſtica. edit. *Fabrotti.* Vita S. Joannis Eleemoſynarii. De Paſſione S. Demetrii.
Otfridus Mon. Weeſſenborg. 870.	Evangelia Theotiſca. apud *Schilterum.* Theſaur. antiquit. Teutonicar. Tom. I.
Druthmarus Abb. Stabul. 850.	Comment. in Evang. S. Matthæi. Expoſitiones in quædam loca Evangelii. S. Lucæ, & S. Joannis.
Remigius Ep. Antiſſiodor.	Comment. in Pſalmos, in XII. Prophetas minor. Expoſitio canonis Miſſæ. Commentar. in Geneſin. Tom. IV. Theſaur. Anecd. *Pezii.*
Auxilius 889.	De ordinationibus a Formoſo P. R. factis apud *Morinum* de SS. ordination. p. CCLXXV.
Regino Abb. Prumienſis. 892.	Collectio Canonum. Chronicon.
Leo Sapiens Imp. Orient. 911.	XIX. Sermones. De vita S. Joan. Chryſoſtomi. Serm. de S. Nicolao.

SEC. X.

SECULI X.

Notgerus Balbus 912.	Martyrologium. Vita S. Galli. Tract. de Cantu. Hiſtoria Caroli M. Hymni. Proſæ. L. de Interpretibus divinarum ſcripturarum ſequentiarum Liber. apud *Pez.* Tom. I. Theſaur. Anecdot.
Conſtantinus Porphyrogen. Imp. 959.	Hiſtoria Imaginis Jeſu Chriſti ad Abagarum miſſæ, & Conſtantinopolin translatæ. Vita Imperat. Baſilii. Tract. Politicus. Pandectæ Hiſtoricæ.
Simeon Metaphraſtes 959.	Vitæ Sanctorum apud *Surium*, Sententiæ, & Regulæ morales. Epiſtolæ IX. Poemata.
Odo Abbas Cluniac. 942.	Compendium LL. moralium S. Gregorii Magni. Hymni, & Antiphonæ in honorem S. Martini. Collationes. Vita SS. Geraldi & Martialis Lemovicenſium. Sermones Panegyrici de S. Benedicto. Relatio translat. Corporis S. Martini.
Ratherius Ep. Veronenſ. 974.	Perpendiculum, ſeu de contemptu canonum. Conjectura vitæ ſuæ. L. diſcordiæ inter Patherium, & Clericos. L. apologeticus. Epiſt. Synodica ad Clerum Veronenſem. De Inſtitutione canonicorum in locum Mona-

	Monachorum. Ordinatio, prohibens celebrationem Matrimonii die Dominica. Epiſtolæ. Itinerarium Romanum. X. Sermones. Epiſtola de Euchariſtia. Pleraque continentur in Spicilegio *Acheriano*, & collectione ampliſſima *Martenii*.
Luitprand. Ep. Cremonenſ. 968.	Hiſtoria ab Imp. Leone uſque ad Conſtantinum Porphyrogenit. Relatio de ſua legatione ad Imperat. Phocam. Editio *Raminez de Prada*, & *Muratorius* Script. Rer. Ital.
Durandus Ab. Caſtrenſis 950.	Contra negantes immortalitatem Animæ.
Odo Archiepiſc. Cantuarienſis. 950.	Conſtitutiones Eccleſiaſt. Epiſtola paſtoralis.
Flodoardus Rhemenſ. 950.	Hiſtoria Eccleſiæ Rhemenſis. Chronicon.
Atto Epiſcop. Vercel 960.	Capitularia pro Clero ſuæ Diœceſ. Tract. de perſecutionibus Eccleſiaſticorum. Epiſtolæ XI.
S. Udalricus Ep. Auguſt. 975.	Sermones apud Authorem Vitæ. Epiſtola contra cælibatum clericorum *ſpuria*.

Witi-

Witichindus Corbeiens. 980.	L. III. Hiſtoria Saxonum Poemata.
AbboFloriacenſis.	Apologia. Epiſt. ad Bernardum Abb. ad Abbatem Fuldenſem. Collectio Canonum.
Roswitha Monialis Gandersh. 984.	Carmen de vita Ottonis I. Imp. opera alia poetica. Editio *Schurzfleiſch*.
Aimonius Floriacenſis 980.	L. IV. Hiſtoriæ Francor. Vita Abbonis Floriac. L. II. de Miraculis S. Benedicti. Sermo de Feſto ejusdem Sancti. Opus de Translatione Reliquiarum ejusdem. De fundatione Abbatiæ Floriacenſis.
Gerbertus, ſeu Silveſter II. R. P. 992.	CLX. Epiſt. Hiſtoria Concilii Rhemenſis. Sermo de obligationibus Epiſcop. contra Semoniacos. L. de Corpore & ſanquine Domini. L. ad Ottonem III. Imp. de ratione, & ratione uti. Apud *Pez*. Tom. I. Theſaur.
Aelfricus Archiepiſc. Cantuar. 990.	Sermo. Epiſt. II. Epiſtola canonica.
Hippolytus Thebanus.	Fragmentum Chronici. Vita Apoſtolorum.

	SECULI XI.
S. Fulbertus Ep. Camot. 1029.	CXXXIV. Epist. IX. Sermones. Collectio Locor. S. Scripturæ de Trinit. & Incarnat. Pœnitentiale. Collectio Locor. S. Scripturæ. De Eucharistia. De usu bonorum Ecclesiast.
Burchardus Ep. Wormat 1025.	Collectio Canonum, seu decretorum.
Ditmarus Ep. Merseb. 1018.	Lib. VII. Chronici Historici.
Leo Grammaticus 1013.	Chronicon ab DCCCXIII - MXIII.
Guitmundus Abb. 1030.	L. III. de Veritate corp. & Sanq. Christi in Eucharistia contra Berengarium. Confessio de SS. Trinitate, Humanitate Christi, & verit. Corp. & Sanq. Domini. Micrologus. Oratio ad Quilielmum Conquestorem.
Bermo Abb. Augiens. 1048.	Tract. de officiis, & Missa. Vita S. Udalrici, & S. Meinradi.
Ademarus Mon. 1030.	Chronicon, seu historia Franciæ. Catalogus Abbatum S. Martialis Lemovicensium. Versus acrostici.

Bruno

Bruno Ep. Herbipol. 1042.	Commentar. in Pſalmos. In Cantica Cant. In orationem Dominicam. In Symbola.
Glaber Radulfus Cluniacenſ. 1045.	Vita S. Gulielmi Abb. Hiſtoria Eccleſiaſtica.
Arnolfus Vohburg. Monach. S. Emerami. 1030.	Vita S. Emerami apud *Caniſium*. Homil. De VIII. Beatitud. Carmen in S. Emerami apud *Bez.* Tom. IV. Theſaur. Anecdot.
Adelmannus Epiſcop. Brixienſ. 1030.	Epiſtola ad Berengarium.
Aſcelinus & Hugo Monachi. 1030.	Epiſtolæ ad, & contra Berengarium de Euchariſtia.
Humbertus Card. 1063.	Reſp. ad Epiſt. Michaelis Cærularii P. C. P. Refutatio libri Nicetæ Pectorati contra Eccleſiam Romanam. Excomunicatio Michaelis Cærularii.
Hermannus Contractus 1054.	Chronicon a Principio Mundi ad annum MLII. a variis continuatum. L. de Menſura Aſtrolabii. L. II. de Utilitatibus Aſtrolabii apud *Bez.* Tom. III. The-

	Thesauri Antiphon. *Salve Regina. Alma Redemptoris.* Et alia.
Lanfrancus Archiepisc. Cantuar. 1089.	Commentar. in Epistolas S. Pauli. Tract. de Corpore, & Sanquine Jesu Christi contra Berengarium. Annotationes in Collationes Cassiani. Constitutiones pro ordine S. Benedicti. Epistolæ. Dialogus. Tract. de Sigillo Confessionis. Editio D. Lucæ *Achery* e Congr. S. Mauri.
Guimundus Archiepisc. Aversanus 1080.	L. III. de Eucharistia contra Berengarium. Expositio fidei de Mysteriis Trinitatis, Incarnationis, & Eucharistiæ. Oratio ad Wilhelmum Regem Angliæ de recusato Episcopatu oblato.
Durandus Troamaens. 1088.	Tractatus de Eucharistia contra Berengarium.
Othlonus Monach. S. Emerami. 1088.	Lib. de suis Tentationibus, varia fortuna, & scriptis. In Analectis *Mabillonii.* Dialogus de III Quæst. Epistol. de permissionis bonor. & malor. causa. L. de cursu spirituali. L. narratio de quodam Miraculo. De admonitione Clericorum, & Laicor. L. metricus de Doctrina spirituali. L. Proverbiorum. Sermo de Natali Apostolorum.

	Liber viſionum tum ſuarum, tum aliorum. Præfatio in vitam S. Wolffgangi apud *Bez.* Tom. III. Theſaur. Anecdot.
S. Petrus Damiani, Cardinalis. 1074.	L. VIII. Epiſt. LX. opuſcula. Sermones. Vita SS. Odilonis. S. Mauri Ep. Romualdi, Rodulphi. Hiſtoria Paſſionis S. Floræ, & Lucillæ. Preces. Hymni. Proſa. Editio *Conſtantini Cajetani O. S. B.*
Michael Pſellus Senator C. P. & Monach. 1072.	Paraphraſis, & Comment. in Cant. Canticor. Quæſt. de Trinit. & Incarn. Dialogus de operationibus Dœmonum. Poetica. Philoſophica.
Joan. Xiphlinus P. C. P. 1066.	Homilia de cruce. Decreta aliquot de Matrimonio.
Anſelmus Ep. Lucenſ. 1086.	L. II. contra Guibertum Antipapam. Collectio ſententiarum, Reges non eſſe Dominos Bonorum Eccleſiaſticorum.
Theophylactus AE. Acridan. 1070.	Comment. in IV. Evang. Acta Apoſt. Epiſtol. S. Pauli. IV. Proph. majores. LXXV. Epiſtolæ. Sermo de Cruce. Inſtructio ad Conſtantinum Porphyrogenitum. Editio Veneta *de Rubeis.*

S. An-

S. Anselmus Archiepisc. Cantuar. 1093.	Monologium. Prosologium. Responsum ad Gaunilonem. Tr. de fide, de Trinit. De Incarnat. Tr. de Processione Spiritus S. Tr. de Lapsu Diaboli. Tr. cur Deus Homo. De Peccato originali. De Veritate, Vuluntate, & Libertate. De Concordia Libertatis cum Prædestinatione. Epistola ad Wiberanum Ep. Naumberg. De Usu Panis azymi. De Restitutione Clericorum carnaliter lapsorum. De Matrimonio consanguineorum. De Voluntate Dei. De Pace, & concordia. XVI. Homiliæ. Exhortatio ad contemptum rerum temporalium. Adhortatio ad moribundum. XXI. Meditationes. LXIV. precationes. L. IV. Epist. II. de Eucharistia. Editio Gabriel *Gerberon* O. S. Ben.
	Dubia & Spuria.
	Carmen de Contemptu Mundi. Psalterium B. V. Mariæ. Dialogus de Theologia. Dial. de Passione D. N. J. C. Tract. de Mensura Crucis. Tr. de Conceptu Virginis. De Festo Conceptionis B. V. De Stabilitate Mona-

	Monaſtica. II. Dialogi de Religione. Relatio Miraculorum.
*C*edrenus 1057.	Annales, ſeu Epitome Hiſtoriæ ab origine Mundi ad annum MLVII.
Paulus Bernriedenſis.	Hiſtoria actorum Gregorii VII. Papæ. Vita S. Herlucæ.
Gregorius Cardinal.	Polycarpus, ſeu Collectio Canonum.
Eadmerus Mon. Cantuar. 1098.	Vita S. Anſelmi. L. VI. Hiſtoriæ Novorum. De Excellentia Virginis Mariæ. De IV. Virtutibus, quæ fuerunt in Beata Virgine. De Beatitudine cœleſtis Patriæ. De Sancti Anſelmi Similitudinibus. Editio D. Gabrielis *Gerberon* inter opera S. *Anſelmi.* Cantuar.
Gonilion Monach. Anglus.	Demonſtratio Exiſtentiæ Dei.
Algerus Leodinenſ.	L. III. de Sacramento Corporis & Sanquinis Jeſu Chriſti. Præfatio in Tract. de Miſericordia.

SECULI XII.

Sigebertus Gemblac. 1113.	Continuatio Chronici S. Hieronymi. Tract. de Authoribus ecclesiasticis. Epistola nomine Cleri Leodinensis, & Cameracensis scripta.
Odo Episc. Camerac. 1115.	Comment. in Canon. missæ. L. III. de Peccato originali. Tr. in forma Dialogi contra Judæum de necessitate Incarnat. & gratiæ Christi. De Peccato Blasphemiæ in Spiritum S. De Concordia Evangelistarum. Sermo de Parabola evangelica Fermenti.
Ivo Episc. Carnotens. 1115.	CCLXXX. Epistolæ. Panormia. Decretum.
Euthymius Zigabenus 1116.	Panaplia dogmatica de fide orthodoxa. Commentar. in Psalmos. Canticum. Evangelia.
Bruno Ep. Signiac. 1123.	*Tom. I.* Edit. Mauri *Marchesii.* O. S. B. Comment. in Pentateuchum. Jobum. Psalmos. Canticum. Apocalypsin. *Tom. II.* CXLV. Sermones in Evangelia per Annum. Tr. in Cant. Zachariæ. Tr. de Incarnatione, & Sepultura J. Ch. De Usu Panis azymi. Contra Græcos.

	cos. Explicatio Cæremoniarum Eccleſ. Vita Leonis IX. P. M. Tr. de corruptione Sæculi. Proveniente a Simonia. L. VI. Sententiarum. II. Epiſtolæ.
Guibertus de Novigento. 1124.	Tr. de Prædeſtinatione. L. X. Comment. in Geneſin. Tropologia in Oſeam. Amos. Et Threnos Jeremiæ. Tr. contra Judæos. Tr. de Veritate Corp. & Sanq. J. Ch. in Euchar. De Laudibus B. V. Mariæ. De Virginitate. L. III. de Pignoribus, ſeu Reliquiis SS. Geſta Dei per francos, ſeu de Sacris Expeditionibus. Sermo in verſ. ultimum cap. VII. Lib. Sapientiac. Vita ſua. Editio Lucæ *Acherii.*
Gotefridus Vindocin. 1129.	L. V. Epiſt. Tr. de Corpore & Sanq. J. Ch. Tr. de Electionibus contra Inveſtituras. De diſpenſationibus. De qualitatibus Eccleſiæ. De Arca fœderis. De Sacram. Baptiſmi. Confir. extrema Unctionis, & Euchariſtiæ. Tr. de reiteratione Sacram. Tr. quod Epiſcopi pro Benedictionibus & Conſecrationibus nihil accipere debeant. Ordo de Confeſſionibus Monachorum. De tribus Virtutibus Paſto-

	Paſtorum. Dialogus inter Deum, & Peccatorem. Hymni, Sermones.
Hildebertus Ep. Cenomancenſ. 1132.	L. III. Epiſtol. moralium, dogmaticarum, politicarum. Proſæ de Nativ. J. Ch. & de Canone Miſſæ. Serm. II. Diſcurſus Synodicus. Vita Hugonis Abb. Cluniac. Epitaphium Berengarii. Præfatio in vitam S. Radegrendei. Editio D. *Beaugendre. O. S. B.*
Marbadus Ep. Redonenſ.	Opera poetica. Hymni de S. Magdalena. Preces ad Deum. B. V. M. Epigrammata. Epiſtolæ morales. Carmen de Naufragio Jonæ. De Martyrio Machabæorum. &c. Epiſtolæ ſex. Editio ejusdem *Beaugendre.*
Joannes Zonaras 1118.	Annales, ſeu Hiſtoria Eccleſiaſtica. Editio *du Freſne.* Comment. in Canones. Editio *Beveregii.* Diſcurſus de Impuritate. Canon de S. Virgine. Præfatio in Carmina S. Gregorii Nazianz. LVI. Epiſtolæ.
Honorius Auguſtodun 1120.	Tr. de Luminaribus, ſeu de Scriptoribus eccleſiaſt. Catalogus Hæreticorum. Chronologia Paparum. Margarita Animæ, ſeu Tract. de divino officio. De Imagine mundi. Quæſtiones in Pro-

Honorius.	Proverb. & Ecclesiasten. Commentarius in Cant. Sigillum Virginis Mariæ. Philosophia Mundi. Tr. de Prædestinatione, & lib. arbitrio. *In Bibl. Max. Vet. Pat.* Hæxaëmeron. De X. Plagis Ægypti. In Psalmos selectos. Scala Cœli major, & minor. Summa gloria de Apostolico, & Augusto. L. XII. Quæst. L. VIII. Quæst. de Angelo, & Homine. L. de libero arbitrio. De Animæ Exilio, & Patria. Lib. alius de lib. arbit. Sacramentarium. Eucharistion de Corp. & Sanq. Domini. De vita Claustrali. *Bez.* Tom. II. Thesaur.
Rupertus Abbas Tuitiens. 1135.	Tract. de Trinitate, & ejus operibus, seu Comment. in S. Script. Com. in XII. Proph. min. in Cantica Cant. L. XIII. de victoria Verbi Dei. Com. de Gloria filii Dei in Matthæ. In Joan. & Apocalyps. De Glorificatione Trinitatis, & Processione Spiritus S. De officio divino. Editio noviss. *Veneta* An. 1754.

Drogo Ep. Oftienfis. 1138.	Sermo de Paffione J. Ch. De Creatione, & Redemptione primi Hominis. De VII. Donis Spiritus S. de officio divino.
Franco Abb. 1140.	L. XII. de gratia, & Mifericordia Dei. Epiftola contra Monachos abjicientes Habitum Religionis. Ed. ad Moniales.
Hugo Floriacenf. 1130.	Chronicon. L. II. de potentia Regis, & dignitate Sacerdotii.
Orderius Vitalis 1142.	L. XIII. Hiftoriæ Ecclefiafticæ.
Anfelmus Ep. Havelburg. 1130.	Collatio cum Græcis, de controverfiis utriusque Ecclefiæ. Tom. XIII. Spicilegii *Acheriani.*
Hervetus Mon. 1130.	Commentar. in Epiftolas S. Pauli. L. VIII. in Ifaiam Proph. Tom. III. Thefauri anecdot. *Bezii.*
Hugo Flaviniac. 1130.	L. IV. de Clauftro Animæ. L. IV. de anima. L. de Medicina Animæ. L. de ævibus. Tract. de fuga Matrimonii, feu de Nuptiis carnalibus, & fpiritualibus. Speculum Peccatoris.
Hugo de S. Victore. 1142.	Notæ Litteral. in Pentateuch. Judicum, Regum, & aliquot Pfalmos. Expofitio Threnorum Jeremiæ. In Joël, & Abdiam.

In

Hugo.	In Libros Dionysii de Hierarchia. Soliloquium Animæ. Elogium Charitatis. De modo orandi. De Amore sponsi, & sponsæ. L. IV. de vanitate Mundi. C. Sermones. Tr. de potentia, & voluntate Dei. Eruditiones didascalicæ. Opuscula de Incarnatione. Miscellanea eruditionis Theologicæ. Dialogus Magistri, & discipuli. Summa sententiarum. Tr. de Sacramentis.
Petrus Abaëlardus. 1142.	Epistolæ ad Heloissam & alios. Introductio in Theologiam. Apologia. Expositio orationis Dominicæ. Symboli Apostolici, & Athanasii. Responsa ad Problemata Heloissæ. Tr. de Hæres. Comment. in Ep. Pauli ad Rom. Sermones. Editio *Duchesne*.
S. Bernardus Abb. Claraval. 1153.	CCCCXVII. Epistolæ. L. V. de Consideratione. De Moribus, & obligationibus Episcop. ad Henricum Archiepiscopum Senonensem. Tr. de conversione. De Præceptis, & Dispensationibus. Apologia ad Gulielmum Abbatem S. Theodorici. Elogium novæ militiæ. De gradibus humilitatis & superbiæ. De Amore Dei. De gratia, & lib. Arbitrio. Epist. ad Hugonem.

S. Bernard.	De S. Victore. Vita S. Malachiæ. Sermones in Dominicis, & feſtis, & alii Sermones ſupra Cantica. Arbitramentum inter Epiſcopum & Comitem Altiſſiodorenſem &c. Edit. *Mabillonii.*
	Subpoſita.
	Epiſtola CCCCXVIII - CCCCXXIII. Piæ Meditationes de cognitione humanæ Naturæ. De ædificio interioris domus. Tract. de Charitate. Via myſtica. Meditationes de Paſſione & Reſurrectione J. Ch. Tr. de Virtutibus. Expoſitio orationis Dom. Sermones plures, & Profæ.
Guilibemus S. Theodorici. 1150.	Vita S. Bernardi. Epiſt. ad Carthuſianos. De monte Dei. Tr. de contemplatione Dei. De dignitate Amoris. Speculum fidei. Ænigma Fidei. Lib. Meditationum. Tract. de Natura Corporis, & Animæ. Contra Abaelardum. De Sacramento Altaris. Expoſitio in Cantic. Cant.
Arnaldus Abb. Bonæ Vallis. 1154.	Tract. de Verbis Domini in Cruce. De Cardinalibus Chriſti operibus. Inter opera *Cypriani.* Tr. de opere Sex dierum. De Lau-

	Laudibus Virginis. Medidationes. Lib. Secundus de vita S. Bernardi.
Petrus Venerabilis Abb. Cluniac. 1156.	Epistolæ. Tr. de Divinitate J. Ch. opus contra Judæos. Contra Petrobruisianos. L. II. Miraculorum. Sermo de transfiguratione Domini. Carmina. Statuta ordinis Cluniac.
Robertus Pullus. 1150.	Liber Sententiarum.
Hugo AE. Rothomag. 1164.	L. III. Instructionum ad suum Clerum contra Hæreticos illius temporis. Epistolæ duæ.
Gratianus. 1151.	Decretum, seu Concordia discordantium Canonum. Editio Fratrum *Pithoeorum*, & *Boehmerian.*
PetrusLombartus Ep. Parisiensis. 1164.	Lib. IV. Sententiarum. Comment. in Psalmos. In Epistolas S. Pauli.
Constantinus Harmenopulus. 1150.	Tr. de Sectis Hæreticorum. Confessio fide Dictionarium.
Joannes P. Antiochenus. 1150.	Tract. contra consuetudinem Monasteria commendandi Laicis.

Richardus de S. Victore. 1173.	L. X. quæst. in S. Scripturam. Tract. de Tabernaculo, Templa Chronologia. Libr. Regum & Paralipom. Explicatio templi ab Ezechiele descripti. Comm. Allegoricus in Psalmos, & Cant. Quæst. in Epistolas Pauli. Comment. in Apocalyps. Tract. dogmatici de Trinitate. De Attributis Personarum De Incarnatione Emmanuelis. De Poteſtate ligandi, & solvendi. De Peccato in Sp. S. difficultatibus S. Scripturæ circa Spiritum S. de Distinctione peccati mortalis, & venialis. Tract. Ascetici de destruendo malo, & promovendo Bono. De Statu hominis interiore. De eruditione hominis interioris. De Præparatione Animæ ad Contemplationem. L. V. de gratia contemplationis. De Meditatione flagellorum extremi Judicii. De eodem extremo Judicio. Tr. de IV. gradibus Charitatis. Sermones. Et alia.
Ekbertus S. Florini. 1160.	XIII. Sermones contra Catharos Hæreticos.

Bona-

Bonacurſus Mediola-nenſ. 1160.	Tract. contra catharos, & alios ſui temporis hæreticos.
Philippus Abb. bonæ Spei. 1180.	XXI. Epiſtolæ. Comment. in Cant. Canticor. Moralitates in eundem librum. Sermo de Somno Nabuchodonoſor, ſeu de lapſu primi hominis, & damnatione Salomonis. Tract. ſex de Dignitate, Scientia, Juſtitia, continentia, obedientia & ſilentio Clericorum. Vita & Paſſio quorundam Sanctorum. Carmina. Epitaphia.
Joannes Ep. Sacrisbe-rienſ. 1182.	Tractatus Polycraticus de Nugis curialium. CCCI. Epiſtolæ. Vita S. Thomæ Cantuar. Commentarius in Epiſt. S. Pauli *dubius*.
Petrus Cel-lenſis. 1187.	Sermones L. III. de Panibus. Expoſitio myſtica, & moralis de Tabernaculo Tract. de Conſcientia. De Diſciplina Clauſtri. L. IX. Epiſtolorum. Editio D. *Janvier*. e Congr. S. Mauri.
Hugo Ethe-rianus. 1180.	Opus pro defenſione Latinorum contra græcos. Tract. de ſtatu animæ.
PetrusCom-meſtor. 1198.	Hiſtoria Eccleſiaſtica. *Editio Veneta*. 1728. Sermones ſub nomine Petri Bleſenſis.

Petrus Pictaviensis 1170.	Liber Sententiarum. *Editio D. Mathou O. S. B.*
Petrus Blesensis. 1200.	CLXXXIII. Epist. LXV. Sermones. XVII. Opuscula de transfiguratione Dom. De conversione S.Pauli. Comment. in principium, & finem Libri Job. Exhortatio ad Principes pro Subsidio Terræ sancta. Instructio ad Sultanum Iconiensem. De confessione Sacramentali, & Pœnitentia. De officiis, & virtutibus Confessarii. Canon Episcopalis. Invectiva contra censorem suorum operum. L. contra Judæos. De Amicitia christiana, & charitate erga Deum, & proximum. De utilitate Tribulationum. Tract. *Quales sunt.* Fragmentum Epistolæ de Silentio. Fragm. Epist. de deceptionibus fortunatæ. De Libris, & Authoribus V. & N. Testam. Opus poëticum de Eucharistia.
Theodorus Balsamon. 1203.	Commentarius in Canones, & in Nomocanonem Photii. Collectio constitutionum Eccles. Resolutio Quæstion. cœnonicarum. Responsa ad Interrogat. Marci P. Alexandrini. Epistolæ duæ.

SECU-

SECULI XIII.

Joachim Abb. Florensis. 1214.	L. III. concordia Vet. & Novi Testamenti. Commentar. in Jeremiam, Isaiam. In non nulla Capita Nahum, Habacuc, Zachariæ, Malachiæ, in Apocalypsin. Psalterium X. chordarum. Ubi tractatus de Trinitate. In Magistrum Sententiarum.
Petrus Cantor. Parisien. 1200.	Verbum abbreviatum. Grammatica Theologorum. Tract. de Districtionibus. L. III. de Sacramentis. Sermones.
Gulielmus Episc. Parisiensis. 1223.	Summa Theologiæ. L. de divinis officiis.
Alanus de Insulis. 1215.	Doctor *Universalis*. Comment. In Cantica Cant. de Laude Virginis B. V. Mariæ. Summa artis concionatoriæ. Pœnitentiale, seu corrector. L. de parabolis. L. Sententiarum. L. Anticlaudianus. L. Planctus Naturæ contra scelus Sodomiæ. L. II. contra Albigenses, & Waldenses, Judæos, & Paganos. XI. Serm. L. VI. de Alis Cherubinorum. II. Prosæ de Incarnatione, & fragilitate. Naturæ humanæ. *Editio Caroli Visch.*

Inno-

Innocentius III. P. R. 1216.	Tract. de contemtu Mundi. De Mysteriis Missæ. Comment. in VII. Psalmos pœnitent. Sermones. Discursus de Consecratione Papæ. Tract. de Eleemosyna. De Laudibus charitatis. Hymni. Preces. Lib. XI. Epistolarum a *Baluzio* editi.
Cæsarius Heisterbacens.	L. XII. Historia Miraculorum, & visionum sui temporis, *quibus parum fidunt eruditi.* Homiliæ in Dominicas, & festa.
Conradus Liechtenav. Abb. Urspergensis. 1227.	Chronicon.
S. Francisc. Seraphicus. 1226.	XVI. Epistolæ. Memoriale ad fratres sui ordinis. Exhortatio ad humilitatem, obedientiam, patientiam. Tr. de virtutibus Virginis, & cujuslibet Animæ. De vero & perfecto gaudio. Expositio Orat. dom. Laus Domini Dei omnipotentis. Testamentum. Regulæ tres. XXVIII. Callationes Officium de Passione. III. Cantica de amore Dei. Apophtegmata, discursus familiares, Parabolæ, & Exempla, Benedictiones, Oracula, Sententiæ communes. VII. Sermones. Tr.

	Tr. de X. perfectionibus. Veri Religiosi, & veri Christiani. Editio *de la Haye.*
S. Antonius Paduanus 1241.	Sermones. Expositio Mystica in Scripturam S. L. V. Concordantiarum Moralium in Biblia. Edit. *de la Haye.*
Edmundus Archiepisc. Cantuariens. 1246.	Speculum Ecclesiæ, seu Tract. de Vita spirituali, & perfectione Christiani. De articulis Symboli. De VII. Sacramentis. De VII. Peccatis mortalibus. VIII. Beatitudinibus. VII. Donis Spiritus S. De IV. Virtutibus Cardinalibus. De VII. operibus misericordiæ. VII. Petitionibus orat. Dominicæ. De Mysteriis Jesu Christi, Divinitatis, & Trinitatis. De variis Gradibus Contemplationis. De Amore proximi. De Humilitate. XII. Constitutiones Eccles.
Gulielmus Junior Parisiens. 1240.	Tract. de Fide, & legibus. Tract. de Virtutibus, Moribus, vitiis, & peccatis. Tract. de Tentationibus, & mediis resistendi. De Meritis, & retributione Sanctorum, eorumque Beatitudine. Tractatus de Immortalitate animæ. Rhetorica divina. Tr. de Sacramentis. De Causis Incarnationis Jesu Christi. De Pœniten-

niten-

	nitentia. Opus de Univerſo. Tract. de Trinitate. De Anima. De Pœnitentia. De Collatione Beneficiorum.
Vincentius Bellovacenſ. 1256.	Speculum doctrinale, Hiſtoricum, Naturale, Morale.
S. Raymundus de Pennafort 1275.	Compilatio Decretalium Gregori IX. Summa Caſuum Conſcientiæ.
Alexander Halenſis 1245.	Commentarius in L. IV. Sentent. ſive Summa Theologica. *Dubia.* Comment. in Pſalm. in Apocalypſ. deſtructorium vitiorum.
Albertus M. Ep. Ratisbonenſis. 1280.	*Tom. I. - VI.* operum. Tr. Philoſophici. *Tom. VII. - XI.* Comment. in Pſalmos. Jeremiam, Baruch, Daniel, & XII. Prophet. minores. In IV. Evangelia. In Apocalypſin. *Tom. XII.* Sermones de Temp. & Sanct. Preces in Evangelia Dominicalia. XXXII. Sermones de Euchariſtia. Serm. de muliere forti. *Tom. XIII.* Comment. in Dionyſ. Areopagitam. L. VII. Epitome Theolog. *Tom. XIV. - XVI.* Commentar.

Albertus M.	mentar. in IV. Libros sententiarum. *Tom. XVII. - XVIII.* Summa Theologiæ. *Tom. XIX.* Summa de creaturis. *Tom. XX.* Mariale. *Dubia.* L. XII. de laudibus Virginis. Biblia Mariana *Tom. XXI. Dubia.* Tract. de Sacrificio Missæ, & Sacramento Eucharistæ. Paradisus Animæ. De adhærendo Deo.
S. Bonaventura 1274.	*Tom. I.* opp. Edit. Rom. 1588. Principia Sacræ Scripturæ. XXXIII. Sermones de opere sex Dierum. Postilla, in Psalmos, Ecclesiasten, Sapientia, & lament. Jeremiæ. *Tom. II.* Commentar. in Evang. Matth. Lucæ, & Joan. Collectiones in Joannem. *Tom. III.* Sermones de temp. & Sanctis. *Tom. IV. & V.* Comment. in IV. Lib. Magistri sententiarum. *Tom. VI.* Reductio artium ad Theo-

S. Bonav. Theologiam. Breviloquium. Centiloquium. Declaratio Terminorum. Theolog. Compendium in L. Sentent. Libr. IV. ſententiarum in Verſibus. De IV. Virtut. Cardinal. De VII. Donis Sp. S. De tribus Ternariis peccat. De Reſurrectione peccatoris ad gratiam. Dicta Salutis. De Hierarchia eccleſiaſtica. Soliloquium. Medidationes de Vita Jeſu Chriſti. De VII. gradibus contemplationis. De V. feſtis Infantis Jeſu. Officium de Paſſione. Elogium crucis. Lignum vitæ. Speculum Laudum Virginis. Philomela Paſſionis D. N. J. Ch. VII. horis Canonicis adcommodata. Magnum Pſalterium Virginis. Parvum Pſalterium. Salutationis angel. Super Salve Regina.

Tom. VII. De Inſtitutione Vitæ Chriſtianæ. De Regimine Animæ. Speculum Animæ. De X. Præceptis. De gradibus virtutum. Itinerarium Spiritus ad Deum. VII. Viæ æternitatis. Magnes divini Amores. Amplexus Amoris. Ars amandi. Liber Exercitiorum Spiritual. Faſcicularius, XXV. memorialia. Confeſſionale. De modo confitendi. De puritate conſcientiæ. De

S. Bonav. De Præparatione Sacerdotis ad Miſſam. Expoſitio Miſſæ. De VI. Alis Cherubinorum, & VI. Alis Seraphinorum.

Tom. VIII. Tract. de triplici ſtatu Religioſorum. Speculum Diſciplinæ pro Novitiis. *Dubium.* XX. Paſſus Novitiorum. De Progreſſu in Religione. De Contemtu Mundi. De Reformatione Spiritus. Parvum Alphabetum boni Monachi, *quod putatur eſſe Thomæ Kempenſis.* De Perfectione vitæ Religioſæ. Explicatio Regulæ FF. Minor. Quæſt. ſuper eandem Regulam. Quare FF. Minores prædicent. De Paupertate Jeſu Chriſti. Quod J. Ch. & Apoſtoli nudis Pedibus inceſſerint. Apologia Paupertatis Evangelicæ. Tract. contra adverſarios Ord. FF. Minor. Tr. de non frequentandis Quæſtionibus. De reformatione FF. minorum ad Provinciales Ordinis. Compendium Theologiæ. Tract. de Eſſentia, inviſibilitate, & immenſitate Dei. Theologia Myſtica. Collationes ad fratres Toloſanos *dubia.*

Editio nova *Veneta* Tom. XIV. in 4to 1756.

S Thomas Aquinas 1274.

Opera Theologica Edita a *Bernardino de Rubeis*. Venetiis. 1745. in 4to.

Tom. I. Lectiones in Job. In LI. Psalmos. Tractatus duo in Cantic. Cant.

Tom. II. Expositio in Isaiam. In Hieremiam.

Tom. III. Comment. in Evangelia Matthæi, & Joannis.

Tom. IV. Aurea catena in Matthæum, & Marcum.

Tom. V. Aurea catena in Lucam, & Joannem.

Tom. VI. Lectiones in Epistolas Pauli ad Romanos, & Corinth.

Tom. VII. Lectiones in reliquas D. Pauli Epistolas.

Tom. VIII. Expositio in II. Charitatis, & X. legis Præcepta. In orat. dom. in salut. angelicam. In Articulos fidei, & Sacramenta Ecclesiæ. In symbolum Apostol. In primam Decretalem. In secundam Decretalem. In Librum Dionysii Areopagit. De Divinis Nominibus. In Lib. Boëtii de Hebdomadibus. In ejusdem Librum de Trinitate.

Tom. IX - XII. In IV. Libr. Sententiarum.

Tom.

S. Thomas. *Tom. XIV.* Quæſtiones diſputatæ de Potentia.

Tom. XV. Quæſt. diſputatæ de malo.

Tom. XVI. Quæſt. diſputatæ de Virtutibus, & de Veritate.

Tom. XVII. Quæſt. poſteriores de Veritate, & Quodlibeticæ.

Tom. XVIII. Libri IV. contra gentes.

Tom. XIX. Opuſcula Theologica. 1. Contra Errores græcorum. 2. Declaratio Articulorum contra græcos, Armenos, & Saracenos. 3. Compendium Theologiæ. 4. Reſponſio ad M. Joannem de XXII. Articulis. 5. De forma Abſolutionis. 6. Reſponſio ad Lectorem Venetum. 7. Reſponſ. ad Lectorem Veſontium. 8. De ſubſtantiis ſeparatis. 9. De Unitate Intellectus. 10. De differentia verbi divini, & humani. 11. De Natura verbi Intellectus. 12. De Sortibus. 13. De Judiciis Aſtrorum. 14. De Æternitate Mundi contra murmurantes. 15. De Fato. 16. Contra impugnantes Dei Cultum, & Religionem. 17. De Perfectione vitæ ſpiritualis. 18. Contra Peſtiferam doctrinam retrahentium Homines ab ingreſſu Religionis. 19. Offi-

	cium de Feſto Corporis Chriſti. 20. De Regimine Principum ad Regem Cypri. 21. De Regimine Judæorum ad Duciſſam Brabantiæ. *Tom. XX - XXIV.* Summa Theologiæ Partes III. *Tom. XXV.* Supplementum Partis tertiæ. *Tom. XXVI.* Indices Summæ, & Sermones. *Tom. XXVII. XXVIII.* Index omnium operum.
Hugo de S. Caro. Cardinalis. 1260.	Poſtillæ. Notæ, ſeu Gloſſæ in Univerſam S. Scripturam, per quatuor Senſus. Commentarius in Pſalmos. Sermones. Speculum Sacerdotum. Concordantiæ Bibliorum.
Gulielmus Peraltus 1275.	Summa Virtutum, & vitiorum.
Thomas Cantipratanus 1263.	Bonum Univerſale, ſeu de Apibus. De Natura Rerum. Vitæ quorundam ſanctorum.
Humbertus Romanus 1277.	Speculum Religioſorum, ſeu Lib. VI. Inſtructionum ſpiritualium. Epiſtola de III. Votis Religionis, & de Virtutibus connexis. Commentarius in Regulam S. Auguſtini.

	CC. Sermones. Summa Prædicatorum.
Henricus Suſo 1273.	Aurea Summa Juris Canonici. Commentar. in Libr. Decretalium.
Nicolaus Hanapus 1288.	Exempla Virtutum, & vitiorum collecta e S. Scriptura.
Gulielmus Durandus 1296.	Speculum Juris: Repertorium Juris. Rationale Divinorum Officiorum. Commentar. in Canones Concilii Lugdun. Epitome Gloſſorum & Textus Juris Canonici.
Raymundus Martini 1284.	Pugio Fidei contra Judæos, & Saracenos.
Henricus Gandavenſis. 1293.	Summa theologiæ. Quæſtiones Quodlibeticæ in IV. Libr. Sentent. Tract. de viris illuſtribus.
Jacobus de Voragine 1298.	Legenda aurea, ſeu vitæ Sanctorum, *modicæ fidei.* Sermones pro Quadrageſima, Dom. & Feſtis. De Doloribus B. V. Mariæ. Mariale aureum, ſeu Diſcurſus de laudibus Virginis.
Henricus Suſo 1306.	Horologium Sapientiæ. C. Meditationes de Paſſione Dom. Serm. de novem Rupibus. Dialogus de Veritate. Sermones per annum,

	Festa, & Quadragesimam. Epistolæ.
Nicætas Acominates 1206.	*Græci.* L. XXVII. Thesaurus fidei orthodoxæ.
Germanus P. C. P. 1254.	Theoria mystica. Sermo in Dedicatione Ecclesiæ B. V. Panegyricus B. V. Sermo de Nativitate. Sermo de decollatione S. Joannis Bapt. De Præsentatione, Annuntiatione, & Dormitione B. V. De Cruce, & duo serm. De Jejunio. Scripsit etiam contra processionem Spir. S. a filio. Contra panem azymum. De Purgatorio &c.
Nicephorus Blemnida 1255.	Oratio I. demonstrans, per filium, & ex filio Spiritum S. Diei. Oratio II. de non nullis dogmaticis Quæstionibus. Exstant apud Leonem *Allatium* in græcia orthodoxa. Tom. I.
Georgius Pachymeres 1255.	Commentar. in Opera Dionysii Areopagitæ. L. adversus eos, qui dicunt, ideo dici Spiritum filii,

	filii, quod habeat eandem atque ille naturam, vel quod dignis ab eo ſuppeditetur. *Ibidem.*
Joannes Veccus P. CP. 1284.	Liber, ſeu Oratio de Unione Eccleſiarum veteris & novæ Romæ. De Proceſſione Spiritus S. Capita XII. Epiſtola ad Alexium de Proceſſione Spiritus S. Sententia Synodalis de corrupto Gregorii Nyſſeni dicto Homiliæ in *Pater noſter.* Teſtamentum. *Tom. I. græciæ orthodoxæ.* Animadverſio de omnibus ſuis Libris, & Scripturarum conſenſione. Apologia I. & II. L. III. ad Theodorum. L. IV. ad Conſtantinum. Orationes II. in Tomum Cyprii, & novas ejusdem Hæreſes. Refutationes adverſus Andronici Camateri Viglæ Drungarii ſuper ſcripto traditis Teſtimoniis de Sp. S. XIII. Præſcriptiones in dicta, ac ſententias SS. Patrum de proceſſione Sp. S. *Tom. II. græciæ orthodoxæ Leon. Allatii.*
Conſtantinus Meletiniota 1286.	Oratio I. de Eccleſiaſtica Unione Græcor. & Latinor. & de Proceſſione Sp. S. per Filium.

	Oratio II. de Processione Sp. S. etiam ex Filio. *Tom. II. Græciæ orthodoxiæ Allatii.*
Georgius Metochitas. 1286.	Refutatio trium capitum a Maximo Planude editorum. Refutatio eorum, quæ scripsit Manuel Cretensis Nepos. *Tom. II. græciæ orthodoxæ.*

INDEX
ALPHABET. CHRONOLOGICUS
IN
PRÆCEDENTEM CATALOGUM,

ubi Annorum Numerus plerumque obitum, S. denotat Seculum Authoris.

A.

Abaëlardus Petrus. - - 1142.
Abbo Floriacens. S. X.
Abogardus. - - - 840.
Adelmannus. Brix. - - 1030.
Ademarus. - - - 1030.
Ado Viennens. - - - 869.
Ælfredus. - - - 990.
Æneas Gazensis. - - 49 - .
- - Parisiens. - - 870.
Aimonius Floriac. - - 980.
Alanus de Insulis. - - 1215.

Alber-

Albertus M. Ep. Ratisb. - 1280.
Alcuinus Mon. - - 804.
S. Alexander. P. Alexandr. S. IV.
- - - - Halenſis. - - 1240.
Algerus Mon. S. X.
Amalarius Fortunat. - - 814.
- - - Metens. - - 853.
S. Ambroſius Mediolan. - - 397.
- - - - Autpertus. - - 778.
S Amphilochius. - - 395.
Anaſtaſius Bibliothecar. - - 886.
S. Andreæ Martyrium. S. I.
Andreas Cretenſis. - - 730.
Angelomus Mon. S. IX.
Anſegiſus. - - - 883.
S. Anſelmus Cantuar. - - 1092.
- - - - Lucenſis. - - 1086.
- - - - Havelberg. - - 1130.
S. Antonius Pad. - - 1241.
Apollinaris Sidonius. - - 483.
Archelaus. - - - 278.
Arnaldus Abbas. - - 1154.
Arnobius. S. IV.
Arnolfus Vohburg. - - 1030.
Aſcelimus Mon. - - 1030.
S. Athanaſius. - - - 373.
Athenagoras. S. II.
Atto Veronenſis. - - 960.
S. Auguſtinus. - - 430.
Avitus Alcimus Vien. - - 514.
Auxilius. - - - 889.

B. Balſamon

B.

Balſamon Theodorus. - - 1023.
S. Brnabas. Sæc. I.
S. Baſilius M. - - - 379.
S. Beda Venerabilis. - - 735.
Benedictus Anian. - - 821.
S. Bernardus Claraval. - - 1153.
Berno Abbas. - - - 1048.
Boëtius Severin. - - - 525.
Bonacurſus. - - - 1160.
S. Bonaventura. - - 1274.
S. Bonifacius M. - - - 754.
Bruno Herbipol. - - 1042.
- - - Signiac. - - 1123.
Burchardus Wormat. - - 1025.

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻

C.

S. Cæſarius Arelat. - - 542.
- - - - Heiſterbac. S. XII.
Carolus M. Imp. S. VIII.
Caſſianus. - - - 432.
Caſſiodorus. - - - 563.
Cedrenus. - - - 1087.
S. Clemens I. R. P. S. I.
S. Cœleſtinus I. - - - 432.
Conſtantinus Hermenop. - - 1150.
- - - - Meletiniota. - - 1186.
- - - - Porphyrogen. - - 959.
Conſtitutiones Apoſtol. S. II.
Conradus Urſperg. - - 1227.
S. Cor-

S. Cornelius R. P. S. III.
S. Cyprianus. - - - 247.
S. Cyrillus Alexandr. - - 444.
S. - - - Hierosolym. - - 386.

D.

S. Damascenus Joan. - - 750.
S. Damasus P. R. - - - 388.
S. Damiani Petrus. - - 1074.
Didymus Alex. - - - 396.
S. Dionysius Alexandr. 264.
S. Dionysius Areopag. S. I.
- - - - Exiguus. - - 536.
Ditmarus Merseburg. - -
Drathmarus. - - - 850.
Drogo Ostiens. - - - 1138.
Durandus Abb. - - - 950.
- - - - - Troarnens. - - 1088.
- - - - - Guilielm. - - 1296.

E.

Eadmerus Mon. - - - 1098.
Ecbertus Abb. - - - 1160.
Edmundus Cantuar. - - 1246.
Eginardus. - - - 839.
Ennodius. - - - 531.
S. Ephrem Syrus. - - - 378.

S. Epipha-

S. Epiphanius. - - - 403.
Etherius. - - - 79-.
Evagrius. - - - 594.
S. Eucherius Lugd. - - - 454.
Eulogius Cordub. - - 859.
Eusebius Cæsar. - - 340.
- - - Vercell. - - 370.
Eustathius Antioch. S. IV.
Euthymius Zigaben. - - 1116.

F.

Facundus Hermian. - - 555.
Faustus Regiens. - - - 484.
Flodoardus Rhem. - - - 996.
S. Franciscus Assis. - - - 1226.
Franco Abb. - - - 1140.
Fredegarius. - - - 638.
Fulbertus Carnat. - - - 1029.
S. Fulgentius. - - - - 533.

G.

S. Gaudentius Brix. - - - 410.
S. Gelasius I. R. P. - - 491.
- - - - - Zizicenus. - - 49-.
Gennadius P. CP. - - - 471.
- - - - - Massiliens. - - 493.
Georgius Metochites. - - - 1280.
Syncel-

- - - - Syncellus. S. VIII.
Gerbertus. - - - - 992.
Germanus P. CP. - - 740.
- - - - - - - - - 1254.
Glaber Radulf. - - - 1045.
Gonilion Mon. S. XI.
Gothofredus Vindocin. - - 1129.
Gratianus Mon. - - 1151.
S. Gregorius M. - - 604.
- - - - - - Nazianz. - - 390.
- - - - - - Nyssenus. - - 395.
Gregorius Thaumaturg. - - 270.
- - - - Turonens. - - 595.
Gregorius Cardinalis. S. XI.
Guibertus. - - - 1124.
Guilielmus Abb. - - 1150.
- - - - Paris. - c 1223.
- - - - Paris Junior. - - 1240.
- - - - Peraltus. - - 1275.
- - - - Durandus. - - 1296.
Guimundus Aversan. - - 1050.
Guitmundus Abbas. - - 1030.

H.

Halitgarius. - - - 830.
Haymo. - - - 853.
Henricus Gandav. - - 1293.
- - - Suso. - - - 1273.
- - - Suso. - - - 1306.
Hermas. Sæc. I.

Hermias. Sæc. II.
Herveus Mon. - - - 1130.
Hesychius. - - - 601.
S. Hieronymus. - - - 420.
S. Hilarius Arelat. - - 423.
- - - - - Pictav. - - 360.
Hildebertus Cenoman. - - 1132.
Hincmarus Rehm. - - 882.
Honorius Augustodun. - - 1120.
Hugo Ætherianus. - - 1180.
- - a S. Caro. - - 1260.
- - - - Flaviniac. - - 1130.
- - - Floriacens. - - 1130.
- - - Monach. - - 1030.
- - - Rothomag. - - 1164.
Humbertus Card. - - 1060.
- - - - - Romanus. - - 1277.
S. Hypolitus Portuens. - - 262.
- - - - - - Theban. Sæc. IX.

I.

Jacobus de Voragine. - - 1298.
Idacius. - - - 467.
S. Ignatius M. S. II.
- - - - Martyrium. S. II.
S. Ildefonsus. - - - 661.
S. Innocentius I. R. P. - - 417.
Innocentius III. - - - 1215.
Joachim Abb. - - - 1214.
Joannes Antioch. - - 1156.

S. Chryso-

S. - - Chryſoſtom. - - 407.
S. - - Damaſcenus. - - 750.
- - - Moſchus. - - 610.
- - - Philopponus. - - 641.
- - - Sarisberienſ. - - 1182.
- - - Veccus P. CP. - - 1284.
- - - Xiphilinus. - - 1065.
- - - Zonaras. - - 1118.
S. Irenæus. - - - 199.
S. Iſidorus Hiſpal. - - 636.
- - - - - Peluſiota. S. V.
Julianus Pomerius. - - 49 -.
- - - Toletan. - - 690.
Julius African. - - - 232.
- - - Firmicus - - 355.
S. Juſtinus M. S. II.
S. Ivo Carnotenſ. - - 1115.
Juvencus. - - - 337.

L.

Lactantius. - - - 355.
Lanfrancus. - - - 1089.
S. Leo M. P. R. - - 461.
Leo Sapiens. - - - 911.
- - Grammaticus. - - 1013.
Leontius. - - - 590.
Liechtenau Conrad. - - 1277.
Lombardus Petrus. - - 1164.
Lucifer Calaritan. - - 370.
Luitprandus Cremon. - - 968.
Lupus Servatus. - - - 862.

M.

Mamertus Claudian. - - 473.
Marbodus. S. XI.
Marculfus. - - - 660.
Marius Mercator. - - 458.
Martinus Bracar. - - 580.
- - - Raymund. - - 1284.
Maximus Mon. - - - 662.
Metaphraftes. - - - 959.
S. Methodius. - - - 290.
Michaël Pfellus. - - - 1072.
Minucius Felix. - - - 220.

N.

Nemefius Philos. - - 49 - .
Nicephorus P. CP. - - 828.
- - - - - Blemnida. - - 1255.
Nicetas Acominates. - - 1206.
Notkerus Balbus. - - 912.

O.

Odo Ep. Belv. S. IX.
- - Ep. Camerac. - - 1115.
- - AE. Cantuar. - - 950.
- - Abb. Cluniac. - - 974.
Optatus Millevit. - - 385.

Ordericus Vitalis. - - 1142.
Origenes.. - - - 254.
Orosius. S. V.
Othfridus Mon. - - - 870.
Othlonus Mon. - - - 1088.

P.

S Pacianus. - - - 380.
Palladius. - - - 421.
Pascalis Diacon. - - - 498.
Pascasius Radbert. - - 865.
S. Paulinus Aquilei. - - 804.
Paulus Bernrid. S. XI.
- - - Warnafrid. Diac. S. VIII.
S. Petrus Alexandr. - - 311.
- - - Blesens. - - 1200.
- - - Cantor. - - 1200.
- - - Cellensis. - - - 1187.
Ven. - - Cluniacens. - - 1156.
- - - Commestor. - - 1180.
S. - - Damiani. - - 1074.
- - - Lombardus. - - 1164.
- Pictaviens, - - - 1170.
S. Philastrius Brix. - - 387.
Philippus Abbas. - - 1180.
Philostorgius. S. V.
Photius CP. - - - - 886.
S. Polycarpus M. S. II.
Pontius Diac. S. III.
Possidius. S. V.

Primasius. - - - 550.
S. Prosper Aquitan. - - 463.
Prudentius. - - - 410.
Prudentius Trecensis. - - 861.
Psellus Michaël. - - - 1072.
Pullus Robertus. - - 1150.

R.

Radulfus Glaber. - - - 1045.
Ratherius Veron. - - - 974.
Ratramus Corbei. - - - 868.
Raymundus Martin. - - 1284.
S. - - - Pennafort. - - 1275.
Regino Prumiens. - - 892.
Remigius Altissiod. Sæc. IX.
- - - Lugdunens. Sæc. IX.
Rhabanus Maurus. - - 856.
Richardus a S. Victore. - - 1173.
Robertus Pullus. - - - 1150.
Roshwita Monialis. - - - - 984.
Rufinus Aquilei. - - - 410.
Rupertus Tuitiens. - - 1135.

S.

S. Salvianus. - - 486.
Sidonius Apollinar. - - 483.
Sigebertus Gembl. - - 1113.

S. Simeonis Martyrium. S. II.
S. Sixtus II. P. R. - - - 258.
Smaragdus Abb. - - - 820.
Socrates. S. V.
Sophronius P. Hierosol. - - 626.
Sozomenus. S. V.
Strabo Walafrid. - - - 849.
Sulpicius Severus. - - 420.
Sylvester II. P. R. - - 992..
Symeon Metaphrast. - - 959
S. Symphorosa. S. II.
Synesius. - - - 412.

T.

Tatianus. S. II.
Tertullianus. - - 220.
Theodoretus. S. V.
Theodorus Abucara. - - 877.
- - - - Balsamon. - - 1203.
S. - - - Studita. - - 826.
Theodulfus Aurelian. - - 749.
S. Theophilus. S. II.
Theophilus Alexandr. - - 412.
Theophylactus. - - - 1070.
S. Thomas Aquin. - - 1274.
- - - - Cantipratan. - - 1263.

V.

S. Udalricus Auguſtan. - - 675.
Venantius Fortunat. - - 565.
Victor Tunonenſ. - - 565.
Victor Vitenſ. - - - 49-.
S. Victorinus. S. III.
Victorinus Afer. - - 370.
Vigilius Tapſenſ. - - 479.
Vincentius Bellovac. - - 1256.
- - - Lirinenſis. - - 448.
Uſuardus. - - - 877.

W.

Walafridus Strabo. - - 849.
Witechindus. - - - 980.

X.

Xiphilinus Joan. - - 1066.

Z.

Zonoras Joan. - - - 1118.
Zosimus P. R. - - - 418.

PAPPENHEMII,
Literis Joannis Jacobi Seybold,
Typographi Aulici.

Scholliner, Hermann,

P. Hermanni Scholliner ... Introductio Ad Praelectiones Theologicas Cum Thesibus Universa Theologia Dogmatica, Quas In Alma Catholica Et Electorali Universitate Ingolstadiensi Publice Propugnabit Conradus Vogel . ..

Ingolstadii 1775

Diss. 533#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10840555-6
VD18 14800667-001